In priuatis Oratorijs celebrandi facultas ab Epo concedi non put[atur]
quod procedit etiam in locis destinatis, Oratorij formam non hntibus.
Idem de Principum domibus censendum est, nam hoc casu illae pri-
uatae censent[ur]. Idem de Palatijs Baronum.

Ordinarius debet dare licentiam Marchionissae, ut possit facere celebra-
re missam in Oratorio quod propter status et ualetudinis in-
commoda in aula sui Palatij, honesto, et approbato loco, sacrae
Missae usum extruendum curauit, quod perclusum tenent, sicuti
Sacrificij, quod ibi agendum est, dignitas postulat, sic respon-
sum fuit Archiepo Januen.

In priuatis domibus non debet permitti ut missae celebrent[ur], nisi ob
necessitatem, et tunc in oratorio fieri debet, aut altari ad diuinum
cultum dedicato.

Licentia celebrandi missam in Eccla, uel Oratorio de nouo fabricato
dari non debet nisi cum clausula, saluo Jure, et sine preiudo
Ecclae Parochialis, hoc autem preiudm intelligit[ur] in his quae
spectant ad Sacramentorum administrationem, et ad alia quae ipsi Paro-
chiae de Iure debita attinent, in alijs uero non.

Oratorium ab Ordinario uisum atque exquisitum, si constiterit idoneum,
in honor, et cultus Deo tribuat[ur], quem missae Sacrificium requirit,
debet ab eodem Ordinario, si adsit aliqua legitima causa, permitti, ut
in eodem missa celebret[ur] quae permissio durare debet, quoad
durauerit permissionis causa.

Ordinarij arbitrio relinquit[ur] personarum, et infirmitatum qualitate
pensata pro infirmorum commoditate, in priuato Oratorio, uel
altari ad id preparato facultatem celebrandi concedere.

Ver. Dedicata Oratoria &. In oratorijs extra Ecclesiam dedicatis ce-
lebrare licet dummodo nullum Parochiae damnum inferatur.

Ver. Debitis horis &. Ante diem, et horis indebitis celebrare nulli
licet, etiam uigore priuilegiorum a Sede Aplica ante Concm.
Trident: concessorum.

Placuit confirmari facultatem Florentie Confraternitati S.ti Fran.ci et Beate Marie Magdalene celebrandi missam ante lucem, sed ita ut missa non incipiat nisi duabus horis ante solis ortum

Prelatis, Capitulis, Clericis, et fratribus, alijs superioribus, mandat Pius V. in virtute S.te obedientie, ut sub pene indignationis et perpetue suspensionis, a divinis, pena, ne deinceps missas respectivo tempore huiusmodi licentiam a maiori penitentiario obtentam, aut aliarum facultatum, sive quovis alio pretextu celebrare, vel celebrari facere presumat, est hoc quieta constitutio Pij 4.ti in Bullario

Ver.o Et preces in missarum celebrat.ne &. Licet nove et non recepte preces in Missa prohibeantur, non tamen iaculatorie dummodo ob illa nihil omittatur in Missa

Per hec etiam verba non prohibetur, quin ubi consuetudo viget Confessiones generales vulgari sermone dici possint

Ver.o Moneat etiam &. Populus monendus est, ut Dominicis diebus et festis maioribus missas in suis parochijs audiat, non est tamen ad id per censuras Ecclesiasticas cogendus

De Doctore qui vult se dare religioni, et celebrare missam, negatum est, quia captus toto oculo, neque huius dispensationis reperitur exemplum, ne scandalo populo sit

Ver.o Neve patiantur &. Item fuit dubitatum, an ex hoc decreto sit derogatum privilegium Episcoporum, de quo in c. ult. de priu. in 6. fuit ab omnibus Card.bus die xix Junij 1586, decisum negative

Glos. Quia intentio Concilij est tollere abusus, et in Episcopis non est abusus, cum fiat ex causa, et quotidie missam audiant c. d. ult. quam non addiderunt ne illa privilegio Epi derogaretur

Fuit etiam dubitatum, an possint uti privilegio Epi propter valetudinem fuit decisum, ab omnibus die ut sup. affirmative, quia profectionis et valetudinis causa equiparantur

Rursus fuit dubitatum, stante declaratione alias edita a Sacra Congregatione, quod licentia celebrandi in priuatis oratorijs sit petenda a sede Apostolica

An Episcopus, non valens comode ad Ecclesiam accedere, possit domi celebrare, uel celebrari sibi facere, et fuit decisum negatiue dicta dic. quod sic ex c. Missarum solemnia de consid. d. 1.

Rursus querebatur, an stante prefata declaratione quod licentia est petenda a Sede Apostolica, An Episcopus possit concedere alijs, ut etiam fuit decisum negatiue ex hoc textu, et hac dicta declaratione, ad tollendos abusus, licet de Iure posset d. c. Missarum solemnia

Sess: xxij de Reform. c. 2.

Ver.° Assumendus ad Dig.ᵗᵉᵐ principalis dignitatis in Collegiata Ecc.ᵃ exempta, cui ordin.ᵃ Iurisd.° cum o.ibus uiribus, quasi Ep.alibus competit, necesse conferri debet Licentiato, uel Doctori, ut prin-
cipalis dignitas in Cathedrali. Congreg.° die xij. xbris
1585. censuit negatiue. Conc.ᵐ enim quando loquit.ʳ de Digni-
tatibus c. xij. Sess. 24 hortatur ut conferant.ʳ Doctoribus, non precipit, quia hoc nullibi cauetur fieri necess.ᵐ

Sess: 22. de Reforma: c. 3.

Differentia est inter hoc caput 3. Sess: 22. de Reform: quod hoc caput loquitur tantum de dignitatibus a quibus Ordinarius tertiam fructuum partem in distributiones quotidianas conuertendum separare potest dato etiam, quod distributiones quotidianae non sint tenues et id in odium obtinentium dignitates, et negligentium residere et quod ista tertia pars ita substracta per non seruientes amittitur, locis pijs est applicanda, at uero c. 3. Sess: 21. loquitur solum quando distributiones ab Ordinario conuersae, si per non seruientes amittitur proportionaliter seruientibus accrescit

Ver. Omnium dignitatum — Episcopus non potest dignitatibus personalibus et officijs statuere certum officij, et seruitij formam, preter solitam, pro lucranda tertia parte prebendae in distributiones conuersa

Si aliquibus dignitatibus, et quae sunt de Iure pronatus laicorum in fundatione concedatur aliquod legitimum tempus, per quod illas obtinentes abesse possint sine fructuum, et prouentuum amissione per hoc decretum nihil est huiusmodi concessioni derogatum

Dignitates quae sunt de Iure pronatus, detractioni tertiae partis fructuum obnoxiae sunt, obtinens in Cathedralibus et Collegiatis licet uocem in Capitulo non habeat, nec distributiones quotidianas cum ceteris participet, residere tamen tenetur, et sic detractioni tertiae partis fructuum est obnoxius

Obtinens legitime duas dignitates in Cathedralibus, in digniori residere debet, et nihilominus fructus alterius lucratur, non tamen distributiones quotidianas, et eam tertiam partem prebendae, quae ante huius decreti in quotidianas distributiones est conuersa

Ver. Non obstantibus consuetudinibus — Congregatio censuit hic non esse derogatum fundationi

§ Tertiam partem in distributiones, eorum arbitrio assignandas —

Congregatio censuit hoc ~~non esse~~ procedere quando distributiones sunt sufficientes

Sess: XXij de Reforma c. 3.

Archiepus Panormitanus volens creare distribut.es quotid.nas in Cathedrali iuxta formam Conc: c. 3. Sess: 22. dimisit liberas prebendas, distributionesq; constituit ex redditibus eiusdem Eccliæ provenientibus a mortuis et administrat.ne Sacram.dū Sed. Congreg.v die 3. 7bris 1587. decrevit, ut ex tertia parte prebendarum iterum constituerent distribut.nes quotidianę

§ Quicumque in Cathedrali, &c. qui sunt in sacris et maxime in presbyteratus ordine, nullo statuto videatur prohiberi posse, quin vocem in Capitulo habeant, ...

Ver.º ij vero qui dignitates &c. Canonici, qui ordines sacros debitos post monitionem sumere recusant, ab Ordin.º privari debent.

Qui iam etates et ceteras habilitates integre hre dicuntur, declarat, ut in Sess: 24 c. 12 § Neminem ibi, aut in tali etate &c.

Archidiaconus ad quem de consuetudine Ecclie spectat absente Decano convocare Caplum, et in eo proponere, ac resolutiones accipere, id potest, etiam si non sit in sacris, cum iste sit actus iurisdictionis qui competit Archid.no etiam in sacris non constituto, et ad Decanum non spectat ratione Ordinis, sed antiquitatis et Superioritatis

§

Sess. xxij. de Reforma. c. v.

Dispensationes summarie, et extra Judicialium.

Requiritur tamen citatio dispensationis in forma gratiosa impetrate, que vulgo dicuntur sine causa, debent committi Ordinariis, ut ab eisdem cognoscantur iuxta decisionem Concilii xxi. v. sess. 22. nec aliter partes illis uti possunt

Sess: xxiv. de Reform. c. VI

Causae Romanae des. [illegible] appellatione in Gubernatori et quando debeat in appellationibus ad Sedem Apostolicam interpositis

Vec Jus visitandi Hospitalia &c. In quibus Eccl.iae sunt, ubi assidue divina officia celebrant.ur, et bona eorum, et earum sunt non distincta debent ab Ordinarijs visitari

Ordin.us non habet auct.atem visitandi Hospitalia, neqz Confr.nitates quae a Laicis reguntur, nisi in casibus a iure expressis, c. 8. Sess: 22. de Reform. intellig.r et hoc locum tm̃ in casibus a iure eui permissis, licet tñ ab Ordin.o ab eis rationem administrat.nis exigere nulla habita rone iuris cõis, sed servata tñ dti cap. 8. dispositione

Ordin.s hospitalia etiam privata visitare, et corrigere potest in his tm̃ quae pertinent ad observavem voluntatis fundatorum

Licet autem hoc decretum concedat facultatem Ep.is visitandi hospitalia et cetera pia loca, non prohibet tñ quin et iudices seculares eadem visitare possint, sic hoc eis alias legitime competat

Hospitalia licet a laicis ministrentur, et sint sub protect.ne Ducũ si alias Eccl.ica erant, possunt ab Ordin.rio visitari

Si loca pia in eorum fundat.ne exempta facta fuissent ab Ordin.o per hoc decretum nihil est eis derogatum

§ Confraternitatis &. Ep.us visitat Capellas confr.nitatum Laicorum in Eccl.ijs regularium erectas, et cogit administratores ad reddendum computa

An Ep.i ita sint piarum dispositionum exequut.res, ut Archid.ni Decani, et ceteri inferiores, non possent de eis cognoscere iuxta eorum consuetudines, etiam immemorabiles. Congreg.o censuit Ep.os cumulative ad alios inferiores piarum dispositionum

Non obstat q̃ videatur hec facultas a iure data Ep.is c. Tua & Comunis detest, et ita Conc.m substulisse eam hntibus ex consuetudine, vel privilegio, nam etiam de iure potest competere inferioribus Prelatis, quia hoc est offm necarium, et potius dicitur onus quam honor

x Sess. xxij de Reform. c. viij

Fabricæ quæ sunt &c.

§ Fabrica cuiusuis Ecclie. Ratio fabricae Eccl^ae est reddenda Epis Ordinarijs, nisi alr in institutione eiusdem fabricae statutum sit

Ver. Hospitalis. Administratores hospitalium dnt Epo Ordin^o reddere raonem suae administraonis, et si consuetudine, priuilegio uel institutione aliqua personis alijs ad id offm electis ratio eet reddenda praedicte administraonis, reddenda tn est Ordin^o cum interuentu dtorum electorum

Ver. Quorumcumque piorum locorum. Administratores piorum locorum etiam exemptoru, nullam ronem reddentes, post hac eam Epo reddere dnt, quod si alijs reddere solent, cum illis tn principalr adhibendus est Epus, qui quoties in dto ad computorum ronem adhibet^r in condemnatione, uel absolut^ne administratoru unicum tm habet uotum sicut alij quibus ratio reddenda est

Regulariter de oibus locis pijs Epo est reddenda ratio ab Administratoribus, siue sint pub^ca siue priuata, Ecclica aut, Laica

Administratores Monasteriorum de illis ronem reddere Ordin^o. non tenentur

Ver. Nisi secus forte in institu^ne. verba haec (Nisi secus) et ordinationis talis Ecclie seu fabricae expresse cautum esset, intelliguntur hre locum in hospitali quod cum tali constit^ne constitutum est, ut non teneantur administratores Ordin^o. reddere rationem

Sess: xxij. de Reform. c. XI.

Nullus Laicus absque facultate Sedis Apostolicae Ecclesiasticae aut Ecclesiastica bona possidere potest, etiamsi veniat Iurispatronatus proprij, non obstante etiam antiqua quacumque possessione

Dispositio huius Capituli non habet locum quando Dominus beneficij cedit arbores frugiferas ut illas ad proprium commodum distrahat, sed sibi uendicat locum in hoc casu cedentium arbores frugiferas, quando sunt extranei, qui hoc admittunt, licet cum iniuria in hoc non faciant, sed solum animo furandi.

Sess: xxiij de Reforma: c. 1.

§ Ne vero ea que de Residentia — Metropolitani prou.ᵗᵉ dñi et Provinciales Epi iuxta decretum Conc: Trid: residesant in eorum Eccᵘˢ

Epus modo in Epatu resideat, solutus est a residentia Dignitatis quam si ulla aiarum cura obtinet et extra Diocesim in aliqua Cathedrali, eamqs retinere, ac eius fructus percipere potest exceptis portionibus et distributᵇᵘˢ quotidⁿⁱˢ et alijs si que sint forte que abntes iusta aliqua de causa non percipiunt

Epus residens in Urbe Cathedrali, liber est a residentia Monasterij monachorum regularium, qui obtinet cum dispensatione Pape, licet illo annexe sint aliquę Eccᵉ Curate post erectionem monasterij, et presertim si in tali monasterio, non sit fons baptismalis nec aliqua aiarum cura, et curatę regi soleant per Vicarios

Epus residens in sua Diocesi, liber est a residentia ceterarum dignitatum et beneorum simplicium, que obtinet in alia Diocesi, nec aliud amittit nisi quotidⁿᵃˢ distribᵉˢ et alia si que sunt que absentes iusta de causa non percipiunt

Ver Nam cum xpiana Charitas — Non licet Epo a sua Eccᵃ abesse nisi ob aliquam cām que habetur c. 1 Sess: 23 de Reform.

Non licet Epo se absentare ab Epatu suo etiam propter perpetuum morbum

Ver. Vel eo absente suffraganeo Epo — abnte Metropolitano Epus antiquior residens super abntia Epi Provincialis inquiret

Epus vel ad residentiam cogere pot Rectorem, licet eius Eccᵃ Parochialis ad inferioris collationem.

Habens duas Parochiales unitas potest in qua mauult residere dummodo una non sit principalior altera

Parochialem Eccᵃᵐ habens cum Canoᵗᵘ, in Parochiali residere debet, quod etiam est conforme bulla Pij V. que incipit Cupientes pro nro — pubᵗᵃ viij. Julij Idus an: 1568, super hac re editę, et percipit fructus prebende

Obtinens Canonicatum et Parochialem quorumque in eodem sit, in Parochiali residere tenetur, neque ob hoc priuandus est Canonicatu, sed solum eius distributiones quotidianas perdit, et si quid praeterea absentes, iusta de causa non percipiunt.

Illi qui in eadem Civitate Parochiam, et Canonicatum in Cathedrali uel Collegiata Ecclesia obtinent, utrumque retinere possunt, modo resideant in parochia, nullique eius officio necessario desint, qui quidem, si possint debitis horis Canonicatui inseruire, percipere debent omnes fructus et commoda quae sunt illi munera attributa, sin inseruire nequiuerint, distributiones tamen eorum dierum, quibus non intersunt, amittant, neque alio damno affici possunt.

Dominus Episcopus succedens per substractionem fructuum aduersus parochos non residentes imposita Concilio, quid teneatur obseruare eadem interualla, eandemque poenam, quae contra Episcopos non residentes statuit c. 1 Sess. 6. Congregatio censuit non teneri obseruare eadem interualla.

Residens in Parochiali, quae non longe abest a Collegiata in qua Canonicatum obtinet, diebus festiualibus ad dictam Collegiatam accedere, et in ea diuinis inseruire potest, modo ubi diebus et horis suis debitis, ac congruis Parochiali inseruiat, ut nihil prorsus relinquat ex debito seruitio ipsius Parochiae.

Habens Canonicatum et Parochialem, et residens in Parochiali ex praescripto Pii V. distributiones quotidianas lucratur, si Canonicatus consistit solum in distributionibus quotidianis non habens praebendam, hoc procedit si utrique seruire nequiuerit, quia si ambobus commode seruire possit lucratur solum iuxta seruitium quod praestaret.

Habens Canonicatum et parochialem, seu aliud beneficium cum cura, in Curato residere debet, nec quicquam aliud Canonicatus perdit, nisi distributiones quotidianas, et si quae aliae sunt, quae iusta de causa non percipiunt absentes.

Habens Parochialem, et Canonicatum ab illa distantium per vnã leucam, etiamsi Canonicatus esset in Cathedrali, tenet^r nihilominus in parochiali residere, quod procedit non obstante quacumque nobilitate Canonicatum aut Eccl.^a Cathedralis uel Metropolitanç

Obtinens parochialem, et Canonicatum prebendç Magistralis cum dispensat.^{ne} ante Conc.^m Trident: legitimç obtenta, tenet^r in parochiali residere, atque in Magistrali comenda, Idoneum virum substituere debet quod Sacrç scrip.^{rç} interpretando munus obeat

An obtinens Ecc.^{am} baptismalem, cui incumbit sola cura baptizandi omnes infantes Oppidi, et existentes sub cura Archipresbiteri, teneatur ad residentiam, presupp.^o quod in Ecc.^a Archipresbiteri preter baptismum, cetera Sacram.^{ta} administrat Congreg.^o die XXI. Junij 1587 censuit teneri ad residentiam ad minus tamquam coadiutor Ecclesiç Parochialis

Ver.^o Et alijs quibuscumque qui beneum &c. In Monasterijs et Abbatijs que curam animarum et exercent, non tenet^r Abbas residere

Preposiitura licet, tamen sit Jurisd.^{nis} intelligitur tamen esse comprehensa in Bulla S.^{mi} D. N. Pij V. de residentijs Parochorum edita et pub.^{ta} 8. Idus Julij an. 1568 quç incipit Cupientes.

Etiam perpetui coadiutores residere tenentur sicut vere Curati etiamsi in alijs Beneficijs seruiret et in Cathedralibus

Ver.^o Abesse contigerit &c. Residentia non excusat officium Subcollectoris Apostolici

Inquisitoris officium exercens a residentia non excusatur

Licentia obtenta ab Ep.o de non residendo non excusat a residentia cum eam Ep.us concedere non potest

Lis super ipsa Parochiali mota non excusat a residentia

Obtinens Parochialem Ecc.liam per provi.^{em} Sedis Ap.licç habens liberum curç exercitium, et vsum bonorum fructuum, ac prouen

tuum ad dtam Ecclesiam parochialem pertinentium post assecutionem licet in limine adeptae possessionis mortalis fuerit per aliquem in petitorio, tamen tenetur se promoueri facere infra annum lite pen,, dente, et ad residendum in dicta Ecclesia, ut presupposito quod non teneretur residere; In eo casu debet Episcopus Vicarium idoneum deputare, partemque fructuum ei pro sufficienti uictu assignare iuxta Conc: Trid: formam

Etiamsi maior fructuum parochialis pars, alterae personae sit reseruata, Rector tamen a residentia non excusatur

Episcopus licet pro visitatione suae dioc: uti opera Parochi possit ille tamen ob eam causam ultra quadrimestre, singulis annis abesse non potest a sua Parochia, et interea poni debet in ea idoneus Vicarius congrua portione fructuum dictae Parochiae, arbitrio ipsius Episcopi assignata

Odium a Residentia non excusat, inimicitiae tamen excusant ad tempus si non fuerunt contractae culpa rectori Parochialis

Parochus Ecclesiae in qua fuit constitutus Capellanus cuius con,, stitutione Capellaniae imposita fuit tota cura animarum seu Vicaria perpetua quoad Capellanus vixerit, non tenetur in ea residere

Intemperies aeris excusat a residentia quando in Loco Parochiae non sunt Medici uel Medicinae, et quando infirmitas, alibi curari possit, hoc casu per quot menses dispensat Episcopus

Presbitero habenti inimicitias in Dominio Loci, ubi situm est beneficium Episcopus debet, si non potest eas reconciliare, dare aliud beneficium ex Territorii iurisdictionis illius Dominii, uel permittere eidem presbytero ut abesse possit a beneficio constituto tamen Vicario idoneo cum assignatione eaque portionis fructuum beneficii qui ei inseruiat, donec causa inimi,, citiarum inter eos subierit

Habens Canonicatum et parochialem, in qua non potest sine discrimine uitae propter inimicitias residere, non est cogendus dum subest inimicitiarum causa in ea residere, sed ei permittendum est ut resideat in Canonicatu

Sess: xxiij de Reform: c. 1.

Habens graues inimicitias in sua Parochiali, durantibus graues inimicitiis potest de licentia Episcopi ob eam per annum abesse, et interim Ordinarius debet constituere Vicarium mercede congruente ex eius fructibus illi assignata, qui debet Parochiali Ecclesiae inseruiat.

Graues inimicitiae sunt legitima causa, propter quam quis non tenetur residere in Parochiali, debet tamen Parochus per alium, per Ordinarium approbatum, assignata illi ex fructibus mercede, Ordinarij eiusdem arbitrio taxata inseruire.

Inimicitiae culpa Parochi non contractae, excusat a residentia, et cum tali Episcopus conceditur dispensare per annum, dummodo in parochiali expensis Parochi maneat idoneus Vicarius.

Et interim curare debet Episcopus, ut inimicitiae extinguantur si id perficere non poterit, rescribere debet ad Cardinales Congregationis Concilij: cuius culpa factum sit quominus reconciliatio processit.

Dispensatus ob inimicitiarum causam a residentia, remanere debet in aliquo loco suae parochiae vicino.

Negotia publica Clerici excusant a residentia per aliquod tempus si legitime sunt demandata.

Quando Episcopus dispensat a residentia per aliquod tempus, ut per 8 mensium, relicto tamen Vicario in Parochiali, ut Rector alicui pio operi uacare possit v. g. fabricae monasterij absens excusatur.

In his quae pertinent ad residentiam, obseruanda sunt quae habentur in c. 1. de Reform: Sess: 23. Et in reliquis, si non possunt seruare decreta Conc: Trid: predicti, id agendum est, quod commodius et melius potest, et qui non habet domum propriam in loco ubi resi=dere tenetur, aliquam conducere debet, ubi uero populus non potest uictum suo curato subministrare; Ordinarius ea obseruare debet: quae habentur c. 3. Sess 24. de reform. Et in casu in quo iura disponunt, non debet pro iuris declaratione ad Papam recurrere.

Parochus non habens commodam habitationem in parochia, fuit dispensatus, ut degere possit in loco uicino dummodo prope Ecclesiam substitutus eius habitet.

Vacauit etiam quis dispensatus a Residen.ª in sua Parochiali ad tpus a S.mo D. N. donec inseruiret aliam Cano.tum de proptijs illius Capli in quo ipse erat Cano.cus et ea diu tractauerit

Obtinens Cano.tus cui sit iniuncta Parochialis ad vitam obtinentis, tenet.r in Parochi residere, si unio facta sit ad vitam obtinentis tm.

Quandoqz S.mo D. N. reliquit conscie Epi, quod habita ratione locorum hereticorum, et personarum, poet dispensare cum his Canonicis etiam parochialem habentibus, et dimissis in parochialibus Idoneis Vicarijs Epi, in Canonicatu inseruirent.

Quando alicui parocho conced.r studendi facultas ut fructus suos faciat, hec infrascripta seruari dnt. Primo ut studeat Theologie aut in Iure Cano.co in celebri Vniuer.te 2.o si etatis annorum sit xxx. nulla facultas studendi concedi debet, Ideo etas est exprimenda, et hoc nisi iam studia incepisset et illa nondum absoluisset. 3.o Ad Quinquennium tn a principio studij computandum licentia hec est concedenda, adiecta cla. ut infra annum ad Subdiaconatum promoueat.r 4.o Interim Cura aiarum per Idoneum Vicar.m ab Ordin.o eligendum assignata illi congrua portione fructuum exerceat.r, atqz hec licent.a solum locum habet in parochialibus ante Conc. Trid: obtinen

Etiam dat.r studendi facultas postulantibus Equitibus Hierosolimitanis, ut Capni Militie comorantes Confessores Equitum et hntes in alijs locis Parochias, non cogant.r residere, censuerunt illis qui hnt Parochias in Italia permittendum esse, ut non resideant ad annu, qui hnt in alijs Prouincijs ad decem et octo menses

Quandoqz ex ca dispensari solet, ut quis in Parochiali continue non resideat, hns Cano.tum si utriqz inseruire possit

Epus licentiam dare debet Priori petenti, ut per quor menses a suo Prioratu pxit abesse in loco comodiori ualetudinis sue curande causa

Gratia de non residendo a S.mo D. N. obtenta, et de percipiendo fructus rone studij non ualet nisi, et Ordinarij consensus accedat

Sess. xxiij de Reform. c. 1.

Decreuit ... in declarat, quod gra de non residendo et ... non ualent sine Ordinarij consensu, quae publicata fuit anno 1564 die 24.

§ Quod si per edictum Epus pot prohibere parochis sub pena pecuniaria arbitraria, quae tn dimidiam decimam non excedit, uel ultra biduum a sua Eccia possit abesse, non tn pot ad id prohibere sub pena excoicationis latae sntiae

Parochus qui non uult in sua Parochi residere, debet ea seruato iuris ordine priuari

Rector Parochiae Ilerdensis, monitus ab Ordinario ut resideret noluit, propter contumaciam appellatus, uisum est comittendum Audri, ut Epo comittat, ut Ecclesie Vicarium proficiat ne diutius cultus, et reliqua cura deseratur

Veri. Causa prius per Epum Per motum proprium S. D. N. publicatum die 2. January 1568 super Residentia Canonicorum habentium parochiales non fuit oblata Ordinarij facultas ita, et talis, quod non possint iuxta formam Decreti Conc. Trid. ex aliquibus iustis causis Licentiam concedere recedendi a parochiali ad aliquod tempus, modo caueant intra limites prescriptos ab eodem Conc. Sess. xxiij. c. 1.

Sess: xxiij de Reform. c. v.

In Regulares promouendi ad Ordines, inter alia conueniat etiam nomen et desiderium eorum in Ecc.a publice proponi facere, et testimonium deferre ad id prescriptum c. v. Sess. xxiij

Sess: xxiij de Reform. c. VI.

An Clericus primae tonsurae p̄ntatus ad Capellam Sacerdotalem, sup.ª tali p̄ntatione obtinuit a Papa nouam prouisionem etiam in vim motus proprii possit in suis causis ciuilibus gaudere priuilegio fori, quamuis possessione beneficii non habeat propter intrusum, contra quem litem mouit. Congreg.º 16. Junii 1587. censuit gaudere

§ Is etiam fori priuilio &c. Clericus beneficiatus, qui incedens in habitu et tonsura inseruit alicui Ecc.ᵉ, si fuerit cum armis deprehensus die, noctuque absque habitu, et tonsura, non caret fori priuilio, sic fuit decisum anno 1586. coram in Aud.ª de sent: excom:

Cui reseruata fuit pensio uti Clerico, si non incedat in habitu et tonsura, non gaudet priuilegio fori, sic fuit decisum die sup.to eo quod Conc: Trid: corrigat ius comune, et tres casus excipit per dictionem, nisi,

§ Ante decimum quartum annum &c. Prouiso in xiij. anno de Canonicatu in Ecc.ª Collegiata, ubi uigore Ecc.ᵉ prouisi ante realem possessionem, et fructuum perceptionem, tenetur portare per biennium, obstat hoc decretum c. 6. Ita censuit Congreg.º 14. Aug.ti 1586.

§ Is etiam fori &c. Haec uerba important, ut Clericus qui diu sine habitu et tonsura incedens Ecc.ᵉ alicui de mandato Epi non deseruiat ipso facto, sine aliqua monitione precedente, amittat fori priuilium attenta mente Conc: quae ad tollendos penitus abusus huiusmodi, uoluit hoc abolere Iuri com̄i, licet etiam probari iure com̄i tenuit Cou: l. pract: 9. c. 33. n. 2. et ita censuit Congreg.º die 6.º nouembris 1581.

De Iure com̄uni fuit diu dubitatum, An Clericus non deferens habitum uel tonsuram, uel simul utrumque, uel propter delicta priuetur priuilegio Clericali, Distingue; si est in sacris retinet priuilium, sed punitur Inoc: c. 1. n.º 3. de Apost. Si est in minoribus Ordinibus, et delinquit, non priuatur priuilegio fori, nisi post trinam nominationem c. in Aud. de sent: excom: c. ult.º de uita et honest. Cler: Inoc: in d. c. nisi se imisceat

enormitas vitae, quod sit seditiosus, quo casu ipso facto privatur privilegio per Gloss: in c. Perpendimus

Ver. Etantum [illegible] erit si gerat tonsuram vel habitum, sed in reliquis vivat ut Laicus, not: sing: [illegible] in d. c. 1. de Apost: ad finem [illegible] solo tonsura sine habitu, sed copulative requirebatur in 6. habitus quoque debet esse decens, et usque ad talos. hodie non huius decreti praescripto, nec monitio requiritur nec habitus, et tonsura sufficiunt, nisi etiam alicui Eccl.ae inserviant, et ita consuluit in una Neapolitana et in altera [illegible]

§ Clerici qui &c. Censuit Congreg.o Clericum coniugatum qui post dimissum habitum, et tonsuram clericalem, quo vis pro delicto illo in curia laicali citatus fuerit, si deinde reassumpto habitu et tonsura, modo non in fraudem Eccl.ae deserviat, iuxta hoc decretum non posse iudice laico propter illud delictum in carcerem coniici, aut personaliter distringi facit c. si Iudex Laicus de sent. excom. in 6.

Quidam Clericus charactere insignitus, beneficium Eccl.cum obtinuit cui postea animo uxorem ducendi una cum Clericatu renunciavit, deinde non sequuto matrimonio, clericalem habitum reassumpsit, et aliud beneficium spiritualis redditus adeptus est, Dubitatur an gaudeat privilegio fori, Congreg.o xi Iunij 87. censuit gaudere, quia Clericali privilegio renunciari non potest cum in favorem totius ordinis introductum sit, c. si diligenti et ibi gloss: de for. comp. dec: c. Tuc de Apost: Rol. con. 4. vol. 1. n.o 9.

§ Nullus prima tonsura &c.

Hoc caput non prohibet quin ille qui iam 14.m suae etatis annum attingit licet nondum expleverit possit beneficium simplex obtinere

§ Is etiam fori privilegio &c. Hoc decretum contra Clericos qui forum seculare declinare intendunt, non habet locum

nisi a die quo publicatum fuit in illis partibus, licet Rome iam esset publicatum.

§ Ante 14.^m annum &c. Nisi in fraudem aliter statuatur, quia non est ei derogatum.

In Clericis uero coniugatis Episcopus auctoritate sua ordinaria cum sibi subdito uero bigamo, qui alias cum duabus uirginibus successiue contractum matrimonium contraxerat, et consumauit, et modo defuncte sunt, dispensare non potest ut prima tonsura et beneficia simplicia a se uel ab aliis accipiat, ita censuit Congregatio die xxx. 1587.

§ Clericis coniugatis &c. Congregatio censuit idem in pensione

Sess: 23 de Reform: c. vj.

§ Sancta Synodus ... Qui Subdiaconi, Diaconi, uel Presbiteri sunt petuntqs admitti ad Cathedralis Eccl. Canonicatus, ipsis a Sede Ap.lica in forma dignum collatos, et etiam ordinem hnt, quem dicti Canonicatus requirunt non opus est q examinentur causa explorandi eorum literaturam, illi vero qui nondum sacros Ordines susceperunt, examinandi sunt, an illam doctrinam habeant, que ex prescripto Conc: Trid: necess.a est illi ordini sacro, qui Cano.tus quem consequi uolunt, erit annexus

Dubitatum fuit quid respondendum de Ordinatis ante etatem legitimam ab Epo, qui ante ordinem in Eccl.a pub.co edicto protestatus fuerat q non intendebat ordinare nisi eos qui legitimam etatem habebant presupp.a attestatione eiusdem Eccl.e Decani asserentis audisse ab ipso Epo, non diceret huiusmodi protestaoem fieri ad terrorem, ceterum hre se intentionem ordines simpliciter conferendi, et quidem uidetur esse ordinatos, sed ab exequutione ordinum esse suspensos ante debitum tpus, sed quia in contrium declinabat maior pars dicendo quod non sufficit unus testis, icciro determinatum est ex uno ab Ill.mis ut res referatur ad S.D. nostrum papam

Nisi eius probitas &c. Quia sede Apostolica obtinuit ut ordinari possit ab alio quam a suo Ordinario, debet probitatem suam de more Ordinarii testi comprobare, ac ideo inolevit illa clausula, ut a suo Ordinario vel de eius licentia probitas, et mores ordinandi comendatur a quocumque alio Ita decretum fuit 28 Aprilis 1575.

Eodem die et anno censuit, in casu quo aliquis fuerit absens per plures annos ab Ordinario, ita ut illum comendare de vita et moribus non possit, sufficere literas dimissorias Ordinarij, quae continebunt quod ordinandus, non sit excomunicatus, vel contumax, sed legitimis parentibus, Informatio vero de vita, et moribus, habenda est ex loco, in quo fuit versatus

Ver. Et ordinatus a susceptorum &c. Absolvere a suspensione eos qui nullius dioc: existentes sine literis dimissorijs ordinati fuerunt spectat ad Episcopum, ad quem ex Conc: pertinebat illis dimissorias concedere

Caput hoc 8m Sess: 23: locum habet tam in minoribus quam in maioribus ordinibus et in utroque casu opus est beneficij collatione

§ Si secus fiat &c. Clericus ab alieno Episcopo sine Ordinarij sui dimissorijs, ordinatus et ministrans efficitur irregularis

Sess: 23. de Reform. c. IX

Familiaris Epi de quo hoc decretum loquitur potest ordinari etiam ad suam patrimonium si illud sufficiens habuerit debet nihilominus certe Ecclesie adscribi, iuxta c. 16. huius Sess. 23. de Reform.

Congreg.° Concilii declarauit q licet Epus possit ordinare familiarem suum triennalem sibi alias non subditum, et dare illi dimissorias ad ordinandum a quocunq; dispensare tamen non potest super his interstitiis de quibus in hac Sess. 23. c. 12. et 14. nisi pro Ecclesiae suae utilitate

Ver.° Epus q ordinat familiarem suum ad titulum pensionis si pro necessitate uel commoditate suarum Ecclesiarum iudicat ordinandum

Sess: 23. de Reforma c. x.

Presupposita declarat Ill.me Congreg.nis alias edita, quod Sup.res dimissorias ad ordines concedere possint regularibus sibi subiectis ad Diocesim, an possit concedere litteras dimissorias pro omnibus ordinibus personis clericis dicti sui Monasterij, Congreg.o die 22 Maij censuit non posse.

Sacra Congreg.o non licere censuit, capitulo litteras dimissorias concedere ex hoc decreto, quamuis habeat territ.m distinctum et exemptum, ac immemorabilem successionem et sint Iudices Ordinarij die v Julij 1575.

Ver.o Abbatibus &c. Abbates Regulares habentes usum baculum deferendi et mitram, postquam sacerdotalem ordinem et munus benedictionis susceperint, possunt tonsuram, et ordines minores secularibus Episcopi Iurisdict.ne subiectis conferre, si modo ipsius Episcopi consensus accedat, et a dicto Episcopo quisquam litteras dimissorias impetrauit, ita ut satis non sit id generatim ab Episcopo concessum esse, sed hac concessione semper opus sit singulis.

Possunt etiam dicti Abbates eosdem ordines conferre alijs regularibus, qui dimissorias speciales suorum Superiorum, speciales licentias et specialem concessum Episcopi loci in quo Ordines huiusmodi cupiunt suscipere.

§ Nec ipsi Abbates &c. Nulli Abbati etiam quibuscumque priuilegijs munito licet concedere dimissorias, cuicumque clerico seculari etiam ad Ordin.m eius directas.

Ver.o Et alij exempti &c. Licet Fratres S.ti Joannis Hyerosolimitani sint priuilegiati etiam circa Clericos qui in eorum Monasterijs et Ordinibus seruiunt, non possunt tamen dimissorias ad Ordines suscipiendos alijs concedere, nisi fuerint sui ordinis professi.

§ Cuicumque qui regularis &c. Congreg.o censuit si exemptus sit religiosus ad ordinum hoc spectare si nullius Dioc: ad Ordina.m

Remissionem spectare, et Smus approbauit id ad Epos

§ Subditus. Hoc utrum si iure proprio sibi liceat, ut in c. Abbates de priuil: in 6°, secus si ex priuilegio Apostolico, p. c. v. sess. 6. ibidem Epum locum Capli sede uacante, eadem pena ad Imperatores dimiss. ab Abbatibus, et similibus

Sess. 23. de Reforma. c. xij

§ Regulares quoque &. Textus in c. Nullus §. Religiosi de temp. ord. in 6. et ibi Gemin. n.° 3. et alias Congreg.° hoc censuit

Circa etatem Epus non pot dispensare. Gloss. in Clem. Generalem. Silu. ver. Etas n.° 2. Et ordinatus ante etatem etiamsi ministrauerit non est tamen irregularis, licet peccet Silu. ver.° Irregularitas, nu.° 14. ar. 27. prope finem, et talis promotus, non est ipso iure suspensus, sed uenit suspendendus Sil. n.° 16. paulo post, hoc non asseritur ex Congregationis sntia

Sess: 23: de Reform. c. xiij

§ Si talem diebus unicis .... Sisti Diaconi et Subdiaconi in Missa solemni ministrantes erunt Sacerdotes melius est, ut ipsi post, vel ante Missam maiorem celebrent, q[uam] Eucharistiam solum accipiant de manu Sacerdotis, cui ipsi ministraverint

§ Promoti ad Sacerdotium .... ob eminentiam doctrine, et bonorum, testimonium, et de consensu Ordinarij Summus Pont: concedit, ut quis omnes Ordines, etiam presbiteratus brevi tempore sumere possit etiam extra tempora, sic responsum fuit Ep[iscop]o Placentino

Ver.º Annum integrum &c. Intelligi Ecclesiasticum

Quibus adhortationibus, et monitionibus cum suis presbiteris agere debet, non censuras Ecclesiasticas ut diebus Dominicis et festis solemnibus celebrent.

§ Cum promotis per saltum si ministrauerint &c. Quaeritur an ea sola intelligenda sint de promotis per saltum aliquo sacrorum ordine omisso, an uero etiam de promotis ad maiores omissis minoribus, siue omnibus siue uno tantum, et de omittentibus primam tonsuram Congregatio respondit hunc locum decretum Concilii in omnibus casibus prepositis

Sess. 23. de Reform. c. XV.

Nullus praeterquam Episcopus se intromittere potest ad ap-
probandum Sacerdotes Sacr. Confess. ministros; ideo ij
etiam Hyerosolimitanae militiae Sacerdotes, si parochi non sint, possunt
audire Confessiones, nec alia Sacramenta administrare,
nisi ab Episcopo sint approbati. Ita responsum fuit Melitan.
Episcopo

Praelati Regulares, sive alij Religiosi confessarij non
possunt audire Confessiones secularium qui sunt de fami-
lia, aut deserviunt ipsorum monasterijs, absque approbatione
vel licentia Episcopi. Sic Congreg.º censuit 4. Augusti 1568

Sess. 23 de Reform. c. xvj

~~Clericus qui ex non necessitate certe ecclesiae adscriptus, a nullo Episcopo recipiendus est, sine Ordinarii licentia. Secus si ad nullum beneficium sit adpromptus, vel nullum beneficium habeat, quia ab omnibus Episcopis recipi potest, et etiam Ordinarius dimissorias ei concedere debet.~~

Ver. Non adscribitur &c. hoc fiat in ipsa promotione, nam postea ~~non possunt fieri~~

Ver. sine ~~commendatitiis &c. Abbas potest~~ etiam hmoi literas concedere

§ Ut ~~nullus in posterum ordinetur~~ &c. hoc fiat in ipsa promotione ~~nam postea fieri non potest~~

Nullus praeterea &c. Abbas potest etiam hmoi literas concedere

Praelati quibus per cap: fin: ext. de penit: et remiss: licet sibi confessorem eligere non possunt quemcunque Sacerdotem, sed eum tm qui ad formam Conc: Trid: Sess: xxiij de Reform: c. xv. ab Ordinario ad id munus approbatus est, vel parochiale benefum obtinet, sic ipse Cont: audita Congregationis sententia respondit inhaerendum esse, dec: Conc: Trid: quoad huiusmodi prelatos

Sess: 23. de Reform. c. xvij

Ver.° Et parochialibus suae Dioc.s & Non habet hoc locum
qui curam aiarum exercet

§ Quod ex ministerijs & Munus Acolythi, aut Turibularij
et his similia non pont exerceri, nisi a constitutis in illis ordi-
nibus, qui est notandum cum hoc ut plurimum, et passim non
servetur

Sess: 23 de Reforma c. xviij

In contributione Seminarij debet obseru.ri decretum Cardinaliū Congreg.s Conc: Trid. de Seminarijs.

In hoc Sem.rio non dnt admitti plures pueri quam ea pecunia ali possint quę ex dimidia decima, secundum antiquam taxam taxata fuit.

In hoc uero Collegio recipiuntur ✠ In Seminarijs collocari dnt pueri qui sunt procliniores ad uitam Ecclesiam, et dum in eo manent Ecclesiasticis preceptis et moribus imbuendi sut

Pueri qui in Semin.rio collocabuntur sint tales, qui in seruitutem Dei se dedicare uelint, atq3 pauperes

Que omnia atq3 alia ✠ Duo Canonici electi ab Epo ad constituendam educationem in Seminarijs non possunt preterquam ex iusta et legma causa mutari

Epus debet consilium Canō.rum prefatorum adhibere in constituendis rebus uniuersalibus Semi.rij loco, et similibus, ac etiam esse in singulis rebus, ut puta electioēm puerorum singulorum introducendorum elect.ne, magistrorum Librorum legendorum, confessoris, pun.ne dyscolorum, expulsione, uisit.ne et similibus

§ Et quia ad Collegij fabricam ✠ Epus quatuor deputatos Seminarij debet adhiberi in Conc: pro tota temporali administratione, quę ad solum Epum spectat

Epus tenetur adhibere in Cons.m predtos deputatos, non tamen tenetur eorum sequi Cons.m

Quatuor deputati Seminariorum sunt perpetui, nec possunt amoueri, nisi iusta, et legma caussa

Ver.o Et ex fructibus integris mense Epalis ✠ Debet primū Epus ex suis, et sui Capli fructibus, contribuere Seminario, ac postea reliquos ad idem cogere, et cleris totius Dioc.s pro consuetudine Semi.rij debet imponi media decima super fructib9 viium beneficiorum

Canonici qui contribuunt Semin.o ex fructibus suę prebendę non debent contribuere ex distributionibus quotidianis

Nullus est exemptus a Contribut.^ne Seminarij, nisi qui noīatim a Concil.^o Trid. excipiuntur

Ver.^o Quarumcumq. dignitatum. Etiam Card.^les cogi pont ad contribuendum Semin.^o de fructibus beneficiorum que habent in Diocesi in qua est Seminarium

Breue S. D. N. de concessione immunitatis contributionis Sem.^rij facta Canonicis Regularibus non habet locum, ubi tempore concessionis immunitatis prefate iam erat stabilita taxa, et Semin.^m erat in quasi possessione sic ab eis exigendi

Ver.^o Abbatiarum. Abbas si sua mercede conductum Theologū habeat qui sacram scripturam interpretetur, et gramaticum qui leris pueros instruat, his sumptibus deductis, deinde, his et quae fiunt non modo in percipiendis et colligendis annuis fructibus, et prouentibus Abbatie, sed Abbatie redditus estimandus est, atq. talis estimationis et summe, eorumq. ōium sumptuum de quibus dtum est, habita rōne Abbas contribuere debet Seminario

Quando Abbatia nullius est Dioc.^s soluit Semin.^o illius Diocesis in qua alias dta Abbatia constituta erat

Ver.^o Et Hospitalium. Hospitalia que data non sunt in titulum Commende, seu administrationem, non tenent.^r contribuere Seminario

Hospitalia que non fuerunt data, neq. in titulum, neq. in admi-nistrationem, modo beneficium annexum redditus aut prouentus Ecclicos habeant, Semin.^o contribuere non tenent.^r aliquomodo

Domus S.^ti Antonij hospitalis, data in Comendam debet Semi.^o contribuere, licet non fuerit estimata, neq. taxata, in libris Sacre Cam.^e Aplice, quia dnt eius bona estimari, et de-ductis ōibus solitis, debet Comendatarius Semi.^o contribuere mediam decimam secundum antiquam taxam

Hospitale vnius Dioc.^s hns beneficium annexum, quod est alterius Dioc.^s, tenet.^r contribuere pro rata fructuum beneficij annexi, Semi.^o quod est in Dioc: in qua situm est dictum beneficium

Veri. Et beneficium quorumcumque — Parochiales que sint intra Dioc.m licet ab alio quam ab Ordinario illius loci collata sint, contribuere Seminario Dioc.s in qua site sunt dnt.

Bona sita in una Dioc: que propter sunt attributa alicui Sacello eiusdem Dioc: quod tanquam membrum quoddam subiectu(m) aut unitum sit alicui beneficio in altera Dioc: sito, neque constat eadem bona illi beneficio prius addicta fuisse, quam in eis edificaretur Sacellum, contribuere debet Sem.o Dioc: in qua situm est beneficium cui illud Sacellum cuius prefata bona sunt, unitum, aut subiectum est, quod si bona ipsius applicata beneficio fuissent, quam in eis edificaretur Sacellum, contributio fieri debet Seminario Dioc: in qua beneficium est constitutum.

Ex beneficio quod in diversis Dioc: habet bona, contribuendum est Epo loci, in quo est beneficij Ecclesia, nisi bona in alijs Dioc: posita sint propria eius Ecclesie dicti beneficij, quia tunc contribui debet Epis locorum, in quibus bona cum sua parte Ecclia sunt sita dummodo tamen eadem Ecclia subiecta, aut unita constructa fuerit ante acquisitionem bonorum.

De contribut.ne facienda Seminarijs de bonis beneficiorum, que sunt in diversis Diocesibus, declaratum est primo Ecclesiam habentem predia vel bona in alia Dioc: debere ex illis contribuere, 2.o Si unu(m) beneficium annexum est alteri, cum suis bonis in alia Dioc: illa bona contribui debere Epo loci, ubi sita sunt cum sua Ecclia non obstante annexione. 3.o Si bona unius Dioc: unita beneficio alterius Dioc: sive careant Eccl.a, sive aliquam habeant, que tamen non sit Dna bonorum, sed edificata fuerit ad commoditatem Incolarum nec bona ei sint applicata vel inde, quam ob rem non sequuntur illam Ecclesiam, imo sunt unita alteri beneficio in alia Dioc: contribui debere illi Ecclesie cui unita sunt, ut in primo casu dictum est.

Pro contribut.ne Seminarij non debet imponi pensio beneficio, sed detrahenda est certa pars ex eius fructibus.

De distributionibus quotidianis, et de incertis, nihil Semi.o soluitur antequam fructus taxatur pro rata Seminarijs soluenda, deducende sunt expense que in beneficijs fiunt.

Sess: 23 de Reforma c. xviij

Beneficium quod non reperitur taxatum in libro taxarum, ubnoxiu(m) non est contributioni Seminarii faciende, erectum post diem 3m Julij anno 1567

Ver. Et etiam aliorum Collegiorum &c. Congreg.o censuit hoc intelligendum de secularibus, non de regularibus collegijs

Legata hac de causa ut conducatur Gramaticus, qui pueros pauperes, sicut testator iussit Collegij instituti pro erudiendis pueris quod ex d.to Conc. Trid. decreto non sit Seminario applicato Ordinarius est administrator, cum onere tn ut via curet exequi que ordinata fuerunt in d.ti Collegij institutione

Bona que fuerunt applicata alicorum Collegio propt.r Cristianam educationem miserabilium puerorum, si Collegium illud sublatu fuerit applicari Seminario debent

Relicta pauperibus, deinde conuersa ad educationem et institutionem miserabilium puerorum eiusdem Collegij, quo postea sublato tandem ad hospitale aliquod, ea lege prouenerint, ut aliqui darentur, qui ad pristinum pietatis usum, et officia, ea conferret ex dec. Conc. Trid. Semin.o attribuere licet, etiam ei approbata censentur

Ver.o Confraternitatem &c. Confraternitas seu Schola, que nulla habet benefica Ecc.ca annexa, nec redditus, aut prouentus Ecc.cos non dnt contribuere Seminario

Ver.o Et omnium Monasteriorum &c. Monasteria in quibus actu Semina.m non est, sed tn contribuunt alteri monasterio pro sustentatione Scholarium censentur eodem iure, ac si Scholares haberent, ac propterea non contribuunt nisi de redditibus qui supersunt

Ver.a Non tn mendicantium &c. Hinc aperte colligitur fres mendicantes ad Seminarij contribut.nes non teneri, quod procedit si non hnt benefica unita monasterijs, quia de beneficijs unitis et ipsi soluere dnt

Si ignoratur cuius nature sint bona unita monasterio, Ecc.ca

vel Laicalia donata, vel alias empta, contributioni Seminarij sunt obnoxia, et hoc procedit in Monasterijs qui non sunt mendicantium, nam in mendicantium monasterijs quæ possident bona immobilia, onus probandi ea esse per un[nere] acquisita in Episcopum transfertur, quo id non probante ipsa sunt exempta

Ver.° Fratribus S.ti Joannis Hyerosolim.ni milites qui habent beneficia sibi commendata alterius ordinis, vel qualitatis, tenentur ad contributionem Seminarij ratione horum beneficiorum, cum exceptio non respiciat personas, sed beneficia Ordinis Hyerosolim.ni

ver.° Necnon beneficia aliquot simplicia &c Congreg.° hic non comprehendit beneficia ad inferiorem collationem spectantia

Licet Episcopus unire possit beneficia qualiscumque qualitatis non tamen potest unire claria beneficia, nec Canonicatus uniri possunt Seminario

Seminario dont uniri beneficia optima si venerit casus vacationis

Beneficia simplicia quæ per mortem vacaverunt possunt uniri per Episcopum Seminario licet essent reservata, vel affecta, nisi tamen alia beneficia simplicia quæ tam vacassent in mense suo, Episcopus prædicti, et quorum collatio ad ipsum spectabat, non Seminario univisset, sed alijs contulisset, vel eandem unionem factam non continuo enuntiasset

Si Episcopus beneficia in suis mensibus vacantia non unierit, vacantia in mensibus reservatis uniri non potest cum fraus in hoc censeatur.

Episcopo Monastren. concessum fuit ut possit cogere Clerum ad Contributionem Collegij vel Seminarij, sed ad finem a Concilio descriptum.

Item ut rurale beneficium uniatur Seminario ad prebendam Lectoris et ex nunc prout ex tunc, quandocumque, vel quomodocumque vacaverit, intelligatur unitum

Item ut qui in Collegio illo per triennium studuerit, habeant privilegia data ipsis Universitatibus

Episcopo Augustano propter merita sua concessum fuit ut Prioratus S.ti [illegible] Augustanæ Seminario applicaret

Epo Herbipolen. a Pio V. [illegible] xiij concessum monialium desertum monasterium, ne in hereticorum manus veniret Semin.° suo Herbipolen. id quod factum fuit anno 1582

Si ante Conc.m Trident.m ex institutis relig. solebant in ipsis monasteriis sumptibus eorum sustentare professores ad docendam monasticam iuventutem, detrahenda est hec impensa, tanquam aes alienum de reliqua summa, eadem monast.a Seminario ex prescripto Conc: Trid:, exacto, contribuere dnt. pro rata, ita responsum fuit Vicario Mesilonien. 22. Aprilis 1576.

§ Etiam aliorum Collegiorum in quibus tam Seminarii

Congreg.° censuit intelligendum de secularibus, non de regularibus Collegiis.

§ Nec enim exempta esse uoluit preterquam &. Cum sumptuum monasterij tam pro eius edificatione, quam pro alendis, et eorum magistris, non potest Epus plus dimidia decima exigere iuxta antiquam taxam.

Epus qui ante decimum diem 1567 reipsa Seminarium non erexit quandocunque illud erigere constituerit, ab ipsa reali erectione, exigit eius nomine, ultra dimidiam decimam relatam ad antiquam taxam exigat, et si quid amplius exigerit, uel restituat uel cum eo compenset, quod in posterum, post ipsam erectionem, ad eam rationem exigendum erit, nisi tam clare appareat totum illud, quod amplius exactum erit, ipsum fuisse uere conuersum in predictam taxam necessaria, aut aliam similem operam Seminarij, antiqua tamen taxa est intelligenda in Diocesi Veneta, que in usu fuit antequam alia, ipsius ubi fuerint

Quicunque uero Epus ante diem xix Iulij, reipsa Seminarium erexerit, et seruata forma Conc: Trid: certam taxam stabiliuit, eamque a maiori parte taxatorum, ratione summe exigere cepit, seu illi ex consuetudine, aut motu proprio facto, uel faciendo, sponte soluerint, dummodo Epus sit in hac quasi possessione sic exigendi, eaque taxa sic taxata in usum Seminarij uersa sit

ac quotidie uertatur in exeq.ne huiusmodi persecutet, et omnes qui detractauerint soluere eam taxam, poterit cogere iuris remedijs, si tamen aliqua beneficia simplicia post erectionem Seminarij uacassent in sua Dioc. quae Seminario non applicasset, sed familiaribus suis, uel consanguineis contulisset, detrahit taxae Seminarij tantam summam, quantum redditus illorum beneficiorum capit, eamque de mensa sua Episcopali Seminario assignet quoad uixerit, uel donec alia beneficia uacantia saltem eiusdem ualoris, et collationem suam pertinentia eidem Seminario uniuerit, et eorum fructibus cum effectu applicuerit. Si autem iam aliqua beneficia Seminario uniuisset et nihil propterea taxae iam stabilitae detraxisset cogatur uno tantum idem detrahere, quantus est redditus illorum beneficiorum Seminario unitorum Seminario si post decretum de Seminarijs erectum est, non possunt Ordinarij pro illius contribut.ne ultra quod hoc extendit id decretum quemque grauare, sed in omnibus decretum est seruandum.

Si quis plus contulit Seminario quam iure debebat, fiat recompensatio in alia solut.ne uel ipsi quod amplius soluit restituatur.

Ver. Sed pro pensionibus & pensionarij contrib.re debet Seminario pro rata ad rationem illam quam contribuit titular.ius

Episcopus in ordinatione facienda, qui Canonici Presbyteri, qui Diaconi, qui Subdiaconi esse debeant, vigore c. xii. Sess: 24 de Reform: tenetur solum adhibere Capituli Consilium non consensum, quia potest eis invitis, quod magis expedire iudicaverit, perficere,

Epus cum Consilio Capli designare debet quibus Canonicatibus quisquis sacer Ordo, debeat esse annexus, non quibus Canonicis, quia Conc. Trid: Sess: 24. c. xij. de Reform mandat sacros Ordines annexi Canonicatibus ipsis, non autem personis eos obtinentibus

Dimidia Canonicorum pars Ordinem presbyteri det assumere et in hac parte non computantur obtinentes dignitates

Epus facta annexione ordinum cuilibet Canonicatui statim Canonicos ad eos susceptionem cogere debet

§ Hortatur etiam sancta Synodus quod Principalis dignitas in Eccl.ª Collegiata exempta cui Ordinaria iurisd.º cum vibus iuribus Epalibus competit necessario conferri non debet Doctori, uel Licentiato cum id nusquam per Conc.um Trid: caueatur et hoc non praecipiat sed solum hortatur ut dictum est supra cap: 2. Sess: xxij

§ Praeterea obtinentibus quod In Cathedralibus, et Collegiatis insignibus dignitates obtinentes et Canonicatus immemorabilis consuetudo non excusat a residentia In Collegiatis non insignibus, immemorabilis consuetudo excusare poterit, si in eccliis sunt Rurales prorsus destitute, aut in quibus ultra supra hominum memoriam solitum est non residere, aut in quibus adeo tenues redditus hnt, ut Canonicos alere non possint, non habentes aliunde unde viuant

Ad hanc residentiam in Cathedralibus, et Collegiatis Ecclesijs tenentur etiam Abbates Regulares si in eis dignitates obtinent

Ecclia Collegiata iamdiu destituta ob incursum Turcarum et intemperiem aeris, ad alium viciniorem locum est transferenda ne residentª deseratur

Nullus excusatur a Residentia licet distributiones quotidianas amittere consentiat

Quando tempus faciendi itineris periculosum esse solet propter nimios calores, concedendum est dilatio petenti ad proficiscendum a resid.ª sui beneficij, et interim dum abest ab eo quoad fructus beneficij habenda est eadem ratio ac si semper resideret

Quando non stat per aliquem quominus in suo beneficio resideat nullum ob non residentiam detrimentum sentire debet

Licentia ut quis possit abesse caussa studiorum a servitio suae Ecclesiae vel sui Canonicatus, non suffragatur ultra quinquennium impetrata a die quo studere coepit
In obtinentes dignitatem in Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesijs sine prebenda, quae tamen destinata est ex certa distributione. interim dum effectum illius expectant, teneantur residere.
Congregatio censuit negative die xxx Aprilis 1587.
§ Vigore cuiuslibet statuti &c Congregatio censuit hoc non procedere in statutis ab Apostolica Sede approbatis, habentes plures Canonicatus ubi residere habeant
Habens duos Canonicatus dignitate pares residere tenetur, ubi pluribus inservire potest.
Obtinens duos Canonicatus, tenetur in digniori residere Ecclesia, vero in quo non residet quotidianas distributiones amittit.
In quibus distributionibus intelligitur etiam compresensa tertia pars prebendae quae ex decreto Concilii Trid. conversa fuit in distributiones quotidianas.
Obtinens Canonicatus et Monasterium in Commendam ab animarum cura liberum in Canonicatu residere tenetur
Episcopo Olissiponen Scribatur N. Residentem in Canonicatu Ecclesie Olissiponen cogendum non esse ut residcat Monasterio N. Ordinis Cisterciensis quod obtinet in Commendam
Habens duos Archidiaconatus dignitate pares, residere potest in quo sibi placuerit, sin alter est dignior, in eo tenetur residere
Habens dignitatem in Collegiata quae unita sit Cathedrali quae Collegiata sit distructa, potest talis si non recipitur in Cathedrali, alibi si habet beneficium in eo residere, et dignitatis suae fructus percipere, exceptis distributionibus et his, si quae forte sunt quae absentes iusta de causa non percipiunt.
ver. Ultra tres menses ab eisdem Ecclesijs quolibet anno abesse &
Canonici licet abesse possint a suis Ecclesijs per tres menses, non possunt tamen omnes eodem tempore residere, quod aut simul abesse possint, arbitrio Episcopi, et Capituli est relinquendum
Quando Canonici vigore huius decreti abesse uolunt non te-

nentur eam Epo significare uel ab illo licentiam petere
Archiepus et uniuersis prouideat, ne duo menses, quos habent uacantes Canonici sui Capli incurrant in Nat: aut Pascha Dnj aut huiusmodi maximas solemnitates
Licet per statutum Ecclesiae concedatur Canonicis abesse per tres menses si illum per consuetudines non est obseruatum, attenden, da est magis consuetudo contraria quam statutum
Statutum per quod conceditur abesse ultra tres menses ab Ecclesijs Cathedralibus, et Collegiatis, si a Sede Aplica fuit confirmatum non censetur abrogatum per Conc.m
Decretum hoc ita intelligendum est ut Canonici non possint abesse ab Ecclesiae suae seruitio ultra tres menses singulis annis, nihilque eis prodesse, quod in Ciuitate maneant, nisi Ecclesijs debitis horis inseruiant, intelligendumque est uos in contrarium consuetudines per hoc decretum esse sublatas
Si ultra tres menses absint licet in Ciuitate sint incidunt in dicti decreti poenam per quod, sublata est omnis consuetudo in contrarium
Canonicus qui abest a seruitio suae Ecclesiae ultra tres menses, licet, sit, et maneat in Ciuitate uel loco in quo Ecclesia ipsa consistit multari potest prout a Conc.o statuitur
Epus pot ob legitimam causam dare licentiam Canonicis ut a suis Canonicatibus per quatuor menses abesse possint.
Quibus mensibus per Conc.m Trid. Canonicis abesse licet a suae Ecclesiae seruitio, causam absentiae, non est opus assignare, neque necessaria est Epi licentia sed sufficit uel decanum, uel Capli
Licet omnes Canonici eodem tempore abesse non possint, ne Ecclesia destituatur seruitio suo debito, sed aliqua tantum Canonicorum pars, quae uidebitur arbitrio Epi uel Capli
ver. Alioquin primo anno. Absens per annum a dignitate, Canonicatu, seu prebenda, distributionibus est priuatus, et priuari debet dimidia parte fructuum, si uero perseuerauerit in absentia priuandus est non fructibus tantum sed etiam benefo
§ Distributiones uero. Tempore uacationis in Ecclesijs Cathedralibus, et Collegiatis, distributiones debent esse solitae

Sess: 24 de Reform: c. xij.

Absentes pro utilitate Ecclesiae distributiones quotidianas non amittunt

Absentes causa peregrinationis etiam ex facultate statutorum Ecclesiae non percipiunt distribut.es quotidianas, immo quoad prebendae fructus percipiendos non excusant.r, ultra tres menses, quos Conc.m permittit

Canonici qui sunt in Eccl.a, sed extra Chorum, licet non celebrent caussa devotionis in eadem Ecc.a, non censent.r pntes, secus si iussu Sup.ris Sup.or tn. vis hos mandare non debet, quod procedit etiam in illis Cano.cis qui sunt in eadem Ecc.a Capellani, et missas celebrare tenent.r

Cano.ci qui sunt a Choro absentes cum suo Epo distributiones quotidianas amittunt, quae intercessentibus tm. debentur ob privilegium aut, quia suo Epo inseruiunt, etiam si absint ultra tres menses prebendarum suarum fructus faciunt suos

Vacationes omnes unius, aut plurium mensium, quibus absentes distribut.nes quotidianas percipere solent, sublatae sint, nisi absint ex causis a iure permissis, praeterea, quod si dic vacat.es concessae verit in fundat.ne quae etiam intelligunt.r sublatae, si Canonicatuum fructus omnes sint distributiones quotidianae

Illi qui licentia legitime obtenta studiorum causa absunt, distributiones omnes quotid.nas percipere dnt, exceptis incertis, et quotidianis provenientibus, qui tm. inter eos dividi solent quotidie qui sacris intersunt

Canonicus qui dum erat sanus, ne aliqua legitima causa impeditus Can.tus sui personale munus obire solitus erat, si postea ex ritudine superveniente impedit.r id exequi, non debet propt.a quotidianas distributiones amittere

Ver.o Qui statutis horis Ecclesiae non excusatur a recitatione horarum si beneficium obtinet, licet in alijs sit privilegiatus

§ Omnes vero Epo celebrante Cano.ci inservire dnt, non solum de assistenti, sed etiam de Diacono et Subdiacono Canonicis vigore huius dec.ti

Canonici et dignitates obtinentes in Cathedrali, tenentur Epo Pontificalia exercenti adsistere dnt, nisi aliqui legitime absint etiam titulo uacationis, et renuentes Epus puniat

Obtinentes dignitates, uel Canonicatus, in Cathedrali, cogi non possunt ab Epo ut sibi adsistant seu inseruiant, si quando in eccl pta priuatim celebrabit, potest tn ptos cogere sibi adsistere et inseruire quando exercet Pontificalia, etiam extra Cathedralem, in Ciuitate tn solum non in Dioc. et ad pta potest cogere eos quae solent, quando exercet in ipsa Cathed. ei adsistere et inseruire

Diaconus Canonicus qui Epo ministrat, debet incensum ceteris Canonicis prebere, pax autem danda est ab illo qui officium assistentis ministrauit

Quesitum fuit, An celebrante Canonico Diacono et Subdia. Canonici ministrari debere. Responsum est, hoc in Provinciali statutum esse, interim uero nihil innouandum ultra Concilium quia Concilium nihil determinat

§ Interea uero Epus &c. Canonici et beneficiati dnt dare notam et copiam authenticam omnium bonorum ad dictos Canonicos, et benefica pertinentium Capitulo, ut ea reponere, et seruare possit in Archiuio

Benefica simplicia hntes, an residere habeant. Obtinens beneficium per quod sit simplex, et sine cura animarum, et extra Collegiatam Ecclesiam, nec personalem residentiam uel aliam causam requirens, non tenetur in eo residere, sed tenetur tm ad inseruiendum illi per alium qui sit ab Ordinario approbatus

Non fuit mens Pij V. in bulla de residentijs edita 8. Julij 1569 cogere habentes simplicia benefica in ea residere quae incipit Cupien

§ Preterea obtinentibus &c. An Indultum Leonis X. tribuens Preposito, et Canonicis Ste Marie della Scala, uacationem duorum mensium contra fundationem Ecclie, intelligitur sublatum per Concilium Sess: 24. c. xij.

An hoc textu Preterea, cum uult saluas esse Constit. Eccliarum que longius seruitij tempus requirunt. Congregatio 12. Decembris 1585. censuit negatiue, cum expresse non deroget indultis et Concilium hic reuocat tm Constitutiones quae concedunt absentiam ultra 3. menses

§. Salvis nihilominus &c. Dubitatur Canonicis Regularibus et portionarijs secularibus in eadem Ecclesia abesse tres menses, stante quod quidam eorum statuta, et Constitutiones absunt 40. dies cum licentia &c.
In secularibus censuit Congregatio negative ex hoc textu, Salvis &c.
In Regularibus vero, censuit non comprehendi sub hoc Decreto iterum si causa sit rationabilis, et adsit licentia Prioris poterit

Ver.º Recipiant &c. De statuto et consuetudine Ecclesiae Collegiatae Canonicorum Regularium, ut tam ipsi Canonici, quam ipsi portionarij qui sunt seculares in eadem Ecclesia, singulis annis cum licentia Prioris et Capituli, per quot dies abesse possunt, quibus una cum fructibus grasse etiam distributiones quotidianas accipiant, perinde ac si divinis interessent

Sacra Congregatio in portionalibus secularibus absque difficultate, censuit amittere distributiones quotidianas, debentur tamen illis, qui stant, et dicatur salarium diurnum, quod laborantibus debetur; In Regularibus vero censuit illos, non comprehendi in hoc decreto, et quia habent servitium continuum, si Prior eis concedit licentiam cum rationabili causa posse abesse, et percipere

§ Omnes vero &c. An obtinens dignitatem cum Canonicatu seu portione in eadem Ecclesia, teneatur per seipsum utriusque beneficij onera subire, ita ut non satisfacit Concilio de serviendo per substitutum in Canonicatu seu portione, non obstante contraria Ecclesiae consuetudine. Congregatio censuit posse aliquem in una Ecclesia ex privilegio, uel consuetudine, fungi duplici officio, ut sit Thesaurarius et Canonicus, et propterea duplices lucrari distributiones, quia eas obtinet diverso iure, cum inter dignitates suppleat numerum dignitatum, et inter Canonicos suppleat numerum Canonicorum, nec eget substituto, Abbas in cap. Cum olim. nº 6. de Re: iud:

In Capitulo in Ecclesia Cathedrali existentes, quarum redditus ex varijs defunctorum redditibus cum onere missas aliquas distribuunt Capituli partes, qui onera prefata per ipsos, et per

alios presbyteros quos tamquam persoluunt reliquis Capellanis qui parites non sunt, nihil percipientibus, personalem residentiam precise etiam per priuationem cogi possunt, non obstante consuetudine contraria; multi ex Illmis tenebant non posse cogi precise, et in hanc partem inclinabat maior pars, nisi allegaretur alias fuisse in contrarium decisum, quando fructus sunt in forma distributionum ut in Canonicatibus, Ideo fuit decisum posse cogi precise ad residendum.

Ver. Statis horis & Congreg. Conc. intelligit statas horas i. omnes horas quibus diuina celebrantur, licet gloss. in Clem. ut ij qui, et ibidem Cardin. Zaba. n. 12 dicant de iure posse fieri distributionum per certas horas

Sess: 24 de Reform. c. xiij.

In Parochialibus etiam Ecclesijs ✝ Si Epus non potest providere paupertati Parochi, aliam Ecclesiam iuxta rationem à Conc: traditam provideant arbitrio suo ex sana conscientia

In Unionibus uero ✝ Non solum unio parochialium est prohibita sed etiam aliqua pars fructuum earum uniri non potest

Si Parochialis non est unita Canonicatui ab initio, sed ex post facto, non comprehendetur in Conc: Trid: decreto de parochialibus loquente

Plebania non pot uniri Praepositurae Romae xxvij 7bris 1574

Duae Parochiae, quae per consuetudinem (quae per 4ta annos viguerint) tamquam unitae, uni semper collatae, sine dispensatione fuerunt, earum possessor non est molestandus

Parochialis uniri non pot Cathedrali

Parochialis non pot uniri dignitatibus quibuscunque, nisi hospitalibus ex dec: Conc. Trid: Sess: 24. de reform. cap. xiij

Collegiatae non dnt uniri Cathedrali sine auctate Papae, qui id quoque facere debet cum causae cognitione

Ad haec in posterum ✝ Quando Parocho reseruatur aliqua portio super fructibus parochiae alteri resertis libera esse debet ab omnibus oneribus portio pta parocho reseruata

In Resignatione Parochialium in Lusytania, salua manet pensio resignantibus

Petente Epo Aneonitano, qm si Canonici Cathedralis maneant in parochijs, deseretur ibi cultus Cathedralis, ut liceat resignare parochias retinentis 30, uel 40 Δ visum est concedendum modo addatur clausula, petente Epo, et seruatis seruandis

Doctori Fulginati obtinenti Prioratum cum cura aiarum, et parochialem permissum est resignare parochialem, pensione arbitrio Ordinarij reseruata

De Parochia 120 aureorum Epo Cumanden, in cuius resigne uult relinquere triginta titulario, visum est concedendum

Postulatum Brixiani presbiteri, ut sibi liceret alteri parochiam

tradere in Vicariatum perpetuum receptum est
Pro mercede Capellani, sufficiunt quinquaginta aurei
Mercedes Vicariis perpetuis assignari debet, nec maior centum nec
minor quinquaginta Δ. aureorum sumã, nisi Vicariis temporariis soli-
tum fuisset plus assignari; Pius V. in bulla quae incipit. ad exe-
quendum, pub.ta Cal. Februarij 1567
In unionibus vero — An Epi ex hoc decreto possint revidere
uniones factas per biennium ante Conc.m in forma gratiosa
cum clausula de non cõmittendo ad partes, uocatis uocandis — fuit
decisum affirmatiue die 19. Junij 1587. cap. c. 6. Sess. 7.
Fuit dubitatum, An Epus possit curam aiarum toti Caplo
Cathedrali Ecc.ae incumbentem, transferre, per uiam unionis per-
petuae, in certam personam, seu dignitatem eiusdem Ecc.ae
Congreg.o de mense 8bris 1586. censuit posse

Sess. 24. de Reform: c. xiiij

In pluribus Ecclesijs pro immissione in possessionem Praepositurae non potest Capitulum Collegiatum quicquam exigere ab eo cuius nomine adepta fuit possessio, nisi aut aliqua lege, uel consuetudine id in aliquos pios usus erogandum esset, et si quid ob eam causam exactum esset, debet eidem ab eodem Capitulo restitui nisi forte id exactum itidem ex aliquo instituto, aut consuetudine in usus pios conuersum esset

Episcopus non potest primi anni fructus alicuius beneficij sibi retinere uel attribuere pro datione possessionis ei, qui ab eo legitime prouisus est

Dulciaria multa intelliguntur esse de genere prohibitorum a Concilio Trid: Sess: 24. de Reform. c. xiiij, ab aliquo capitulo exigendum pro admissione in possessionem alicuius noui Canonici

Cuiusuis statuti praetextu, etiam ex urgenti causa facti pro bono Ecclesiae non potest cogi nouus Canonicus aliquid soluere, pro debitis antiquis Ecclesiae suae etiam factis pro reparatione et melioratione bonorum, et hoc attenta bulla Pij V. declaratoria huius decreti.

Antistes in receptione alicuius in Canonicatus dulciaria, aut similia exigens tamdiu a Pontificalis officij exercit: manet suspensus donec satisfactione praeuia per Sedem Apostolicam illi suspensio relaxetur

Capitula et Collegia quaecumque Ecclesiastico subiacent interdicto et singulares personae in excommunicationis incurrunt sententiam Pontif: reseru. solo mortis articulo excepto

Juramenta de dulciarijs praestandis esse irrita, ipsosque iurantes in excommunicationem iam dictam incidere Pius V. in bulla quae incipit Durum nimis, publicata pridie Cal: Jun. 1570.

Consuetudinem Ecclesiae Molphitanae auctoritate Apostolica Leonis X. confirmatam, ut Presbiteri, et Canonici ad participationem massae comunis ipsius Ecclesiae, non admittantur, nisi prius decem annos in Acholytatu, Subdiaconatu, et Diaconatu us. in quolibet ex dictis ordinibus per triennium, et in Sacerdotio per annum seruiuerint sublatam non esse per Concilium c. 14. Sess: 24. et per Bullam

Sess: 24 de Reform: c. xiiij.

Dij. v. Durumnimis, editam die xiij Iul: 1570. Quia dictae Constitutiones loquuntur in diversis terminis, Immo quod dicta Constitutio est rationabilis tendensque ad cultus divini augmentum sic censuit Congregatio

Sess: 24: de Reform: c. XV.

§. In Ecclesijs Cathedralibus. Per hoc decretum non licet
Epo unire beneficia Capellanię etiam Cathedralibus, quę ha-
beant redditus tenues, cum loquatur solum de prębendis. Item
neque Sacristię aut Fabricę
Prelatus Collegiatę Ecclesię Sanè tenuium prębendarum
suppressionem facere non potest, licet sit exemptus, aut Eccl.a
sit insignis, cum hoc solum Epis Conc.m concesserit, cum suo-
rum Capitulorum consensu
§ Vel aliquot simplicia bened. S. Congreg.o censuit non
comprehendi Dignitates

Sess. 24. de Reform. c. XVI.

Item Officialem, seu Vicarium &c. Vicarius vacante Epali Sede, debet eligi Doctor aliàs electio est irrita

Si Epus demortuus reliquit Vicar. quem elegerat cum esset Doctor, Caplum non debet eum confirmare, sed alium qui sit Doctor, eligere

Si plures ad officium Vicarij a Caplo assumerentur, In controversia magis idoneus, et habens has qualitates Conc. Trid. remanere debet, et ceteri remouendi sunt

Qui saltem in iure Canonico &c. An extendatur ad Ecclesiam Collegiatam defuncto eius Prelato, qui Ordinariam Iurisdictionem, et omnia iura Epalia habebat. Congregatio die 12. 7bris 1585. censuit negatiue, quia si non est necesse, ut hic Prelatus mortuus sit Doctor, ut dictum est supra c. 2. Sess. 22. et 12. Sess. 24. Ergo neque Vicarius &c.

ver. Aliud simplex & Plura beneficia non possunt obtineri licet simplicia sint sine dispensat.ne Papę intellige sub eodem tecto aut requirentia residentiam

Epus pot duo simplicia beneficia conferre uni, ut hic d. quod tn intellige nisi essent sub eodem tecto, cum Sedis Aplicę dispensatione indigeant

Ultra duo beneficia simplicia, Epus uni conferre non pot, Simplex beneficium est de re sipresbiteratus, licet habeat aliquam iurisdictionem dum residentia in eo non sit necessaria

Beneficia etiam Curata aliis beneficijs annexa transeunt in simplicium naturam. dumodo necess.o sint unita, et illorum Cura per Vicar.m ab Ordin.o positum exerceatur

§ Illi uero qui in pnti & Hoc decretum licet dicat in pnti legere incipit tn Maij anno 1564.

ver. Plures parochiales & Epi Cremonensi petitio, ut quidam Presbiter N. duas obtinens Parochias, alteram centum Δ ex quibus soluit pensionem 56. alteram reseruatis patruo omnibus fructibus, possit utramque retinere, pęnitus est a Congre.ne reiecta

Petitio N. de duabus parochijs, quarum altera est litigiosa ut possit unam retinere, dum alterius lis termine.r, reiecta est a Sacra Congreg.ne

Petitio N. ut ex quo Parochijs cum cesserit duabus, et sibi unam retinuerit tit.o S. Columbani, liceat titulum tm.odo alterius retinere, Responsum est, ut titulum relinquat, nec eo accedat.

Habens unam Parochialem, et titulum alterius, cuius fructus omnes alteri sunt reseruati, nihilom.s alteram dimittere tenet.r

Licet habentes duas parochiales infra sex menses alteram dimittere teneantur, fauore tn militię S.ti Jois Hyerosolimitani fuit aliquibus concessus annus, in Regno tn Polonię multis circumstantijs attentis. Pius 4.us dispensauit super pluralitate beneficiorum Curatorum: Sed Pius V. declarauit hoc procedere eo casu, si periculum esset Ecclesias ob Conc. Trid. decretum dimissas, in Hereticorum manus uenire, et dumodo ita super plu-

ralitate dispensati, in una resideant

Habens duas parochiales, quarum altera est benef.o simplici, vel dignitati in perpetuum unita, alteram dimittere non tenetur

Licet alias fuit resolutum, quod habens ante Conc.m duas Canonicatus eorumque quibus, singulis erat unita parochialis, per hoc decretum non teneri ad alterius dimissionem, nihilominus in contrarium est veritas, quod alterum dimittere teneatur

De postulatione quid habentes parochias, in quibus alij habent regressus vel accessus, coacti resignare agere debeant, conclusum fuit, dandum esse optionem regressario, ut vel cedenti parochiam, soluat eandem pensionem, vel patiatur resignare alteri cum suspens.ne regressus

Habens parochialem, quam ex hoc decreto dimittere tenetur si ea est obligata alteri, ratione regressus conueniendus est, prius iste habens regressum, an ipse cum aliqua pensione resignanti reseruanda velit parochialem, quod si eam recipere recuset, alteri resignanti det cum suspensione regressus

Ordinarius pot. habenti Ecclesiam parochialem, alteram parochialem conferre, sed per adeptionem pacificae possessionis secundae vacabit prima

Qui non dimittit unam ex duabus Ecclesijs Curatis intra tempus a Sacro Conc.o assignatum, debet condignas poenas subire, et puniri, prout in eo statuitur

vel Aut unam Cathedralem, et aliam parochialem + Habens Episcopatum, et Parochialem, quae resig.re non pot, quia est de iure patronatus nihilom. dimittere tenetur ex illis duobus beneficijs

Habens Parochialem et Monasterium in Commendam ad vitam cui cura imminet animarum, alteram dimittere non tenetur

Monasterium datum in Commendam licet habeat curam animarum non comprehenditur appellatione parochialis Ecc.ae de qua c. 17. Sess. 24. de Reform:

Habenti parochiam, datur Can.tus Cathedralis, sed duobus illis mensibus elapsis non sua culpa, quibus debebat dimittere parochiam conceduntur ut admittantur duo alij menses

Papa attenta personarum et locorum qualitate dispensat ut uni parochialis, et Canonicatus conferatur, si utrique inservire potest

Dispensatus legitime sine dubio Canonicatum et parochialem retinere potest, sciendum tamen est Ordinarium super his dispensandi facultatem non habere

Habens Canonicatum et parochialem, obtentos ante Conc: tenetur residere, etiamsi in Canonicatus fundatione caveatur quod illum obtinens ipso iure sit privatus, si per 30 dies absens fuerit

Cum hoc decretum loquitur de beneficiorum pluralitate tollenda scire oportet, quod ante Concilium non erat necessaria dispensatio pro retentione parochiae cum Canonicatu, quod iam habenti parochialem, Canonicatus conferatur, adepta possessione Canonicatus vacat parochialis

Episcopus potest habenti Canonicatum aut beneficium simplex quod ad victum eius sufficit parochialem Ecclesiam conferre, et adepta pacifica possessione parochialis vacabit Canonicatus

Habens beneficium simplex ad victum eius sufficiens, si adipiscatur pacificam parochialis Ecclesiae possessionem sibi legitime collatae vacat beneficium simplex

Vacans Canonicatus et duo beneficia simplicia, quorum unum annui redditus secundum com. aestimationem non excedunt 125 Δ summam non prohibetur a Concilio Trid. quin ea omnia retinere possit

Conc: Trid: non prohibet quin habens Canonicatum retinere possit parochialem et e contra, sed solum cogit, ut quis dimittat alterum duorum iam acquisitorum

Canonicus obtinens dignitatem, perdit Canonicatum

In petitione Canonicorum D. quen., ut residentes in Canonicatu possint parochias retinere, sed in hac petitione visum est scribendum, ut doceant de persona, de beneficijs, ac de alijs

Residens in Prioratu qui curam habet animarum retinere potest

Canonicatum, et beneficium simplex, sed beneficio simplici per alium inserviri debet

Habens Prioratum cum cura animarum, et Canonicatum, cuius distributiones amittit, potest etiam beneficium simplex retinere, modo per alium ei inserviat.

Qui impetrat per nouam poss.nes Narbonen. Archidiaconatum obtinet alterum Archidiaconatum Auxitanum, cum non possit possidere Narbonensem, ob potentiam intrusi cum quo litigat, petit igitur ne priuetur Auxitano, quae petitio est contra decretum factum a Pontifice, habita uel non habita poss.ne, visumq; perinde est rem ad S. D. N. esse reijciendam

vero Plures Parochiales — Habens parochialem Ecclesiam ac aliam dignitatem, habentem etiam curam animarum an teneatur ex decreto Conc. Trid: Sess: 24 de Reform. c. xvij. intra sex menses alterum beneficium dimittere, Quidam aiunt non teneri iure. c. statutum de Elect: quodq; de iure com. uel ex alijs Conc. decretis hoc casu prouidendum. S.tas tamen S. censuit teneri, quia eadem uidetur ratio subesse, quando cura animarum a principio iuncta fuit dignitati.

Iuxta decisionem Congreg.nis alias editam, posse Canonicum ex consuetudine Eccl.ae obtinere dignitatem in eadem. An obtinens Cano.cum cui post Conc: iniunctum est munus penitentiarie, possit uigore dictae consuetudinis obtinere etiam dignitatem in eadem Eccl.a die 8. Januarij 1587. Congreg.o censuit non posse, quia consuetudo stricte est interpretanda, et quia nemo potest esse triplex in eadem Ecclesia

§ Illis uero — An extendatur ad retentionem Monasterij cum paro.li Congreg.o censuit negatiue, quia sumus in penalibus in quibus statuta restringuntur c. statutum, de Elect: in 6. ubi statutum disponens de parochiali non uindicat sibi locum in dignitate, seu Collegiata Curata, quod multo magis dicendum est in hoc casu, quia Abbas huius Monasterij, non dicitur propriae habere curam animarum cum non habeat parochiam neq; populum secularem cui administret Sacram.ta sed tamen curat familiam sui Monasterij

propter quam curam etiam si audiret Confessiones secularium, non dr. Parochus, nec Curatus, alias etiam censuit Congreg.o non hic locum habuit. §. In Prioratibus, & quibus annexa est cura animarum, quid in Abbatia. vide c. 4. Sess: 7.

In presumpta dispensa.o in qua fundatur Regula de Triennali habeat locum contra decretum hoc c. Congreg.o die xxx. Januarij 1587. censuit, quod non, quia illa triennalis requirit titulum coloratum, sed obtinens duo Curata non habet titulum coloratum Cremon. cons. 86. circa finem vide etiam in 4. Sess. c. 7.

Habens Archipresbiteratum si regressum habet ad parochialem, quam obtinuit ante Conc. Trid. publicationem, cum dispensa.ne tali, quod si regressus ei contigisset, ipsam parochialem cum Archipresbyt: potest retinere, si casu p.ti regressus postea evenerit etiam post Conc. Trid. potest utrumque retinere, et tenetur in Parochiali residere, et Archipresbiteratus non perdit quicquam nisi distribu.nes quotidianas

ver.° Vel Resignationem &c. Decretum Conc: Trid. quod dicit vacationes omnes de Ecclesijs Parochialibus etiam per resigna- tionem factam in manibus Papae in fauorem, quam Iam Pont: admiserit et mandauerat expediri in forma dignum

Scribantur litterae ad Episcopum N. in resignatione facta in fauorem certae personae, non esse necessarium examen per concursum, sed satis esse Resignatarium ab examinatoribus in Synodo deputatis simul cum Ordinario probari Idoneum

Ei qui exhibuit bullam parochiae sibi resignatae Episcopo Cesonati et reiectus est ab examine de quo fidem examinationum affert visum est dandam appellationem ad Episcopum Rauennatem

Resignatione facta in manibus Papae, in fauorem certae personae et ab eo admissa, ille in cuius fauorem resignatum est non exa- minandus per concursum, sed sufficit, si examinetur eo genere examinis, quod vocatur In forma dignum,

In prouisionibus faciendis de beneficijs ex causa permutationis non est necessarium nouum examen, potestque apponi clausula (vt non obstantibus beneficijs &c.) dummodo permutatio sit uera non frau- dulenta, nec de simplici ad Curatum, nec in valore sit magna inequalitas, vel aliud simile alias debet fieri examen

Episcopi resignantes proprias Parochias in forma digno, resignent iudicio, et prouintiae vicinioris Episcopi

Declaratio ut super mutatione Parochialium eiusdem Dioecesis non fiat examen alterius Dioecesis, fuit concessa

Ad litteras Episcopi N. non probantis examen eius presbiteri cui resignatio facta est, quia presumptio est a presbytero veniente a V. Dat. ut Episcopus testes examinet, et si quid contra eum habet, quod indignum reddat, transmittat

In concessione iurium in fauorem eius qui pretendit habere ius nec examen, nec expressio beneficiorum, aut ualoris est necessaria si uera lis fuerit

ver.° Idoneum in eo Vicarium &c. Deputatio Vicarij donec proui- deatur Parochialis de Rectore spectat ad Episcopum in cuius Dioec: pa- rochialis est

§ Porro Epus quod Examen concursus in parochialibus est necessarium etiam in illis locis ubi factiones, et spetialitates ob quas timentur in concursibus peragendis

Doctoratus, siue Licentiatus in Theologia siue in iure Canonico et in publica Uniuersitate graduatus, non excusatur ab examine quando petit sibi prouideri de aliqua Eccl.a parochiali

Omnis cura et diligentia est adhibenda ne praua consuetudine usus inducatur apud Epos Iurisdictionis Venetae, ut in parochialium uacationibus non adhibeant examen per concursum sed curandum est ut decretum Conc. Trid. et motus proprius S.D.N. in huiusmodi concursu omnino seruetur

Habens Parochiam, si triennium seruiuit ab Ordinario approbatus modo non fuerint examinatores constituti in Synodo, remittatur examinandus ad Ordinarium viciniorem, et una ad eiusdem examinatores

Vacante parochiali, cuius collatio spectat ad Archidiaconum ius examinandi, eligendiq. virum idoneum indemortui locum atq. edictorum proponendorum ad Ordinarium pertinet non ad ipsum Archidiaconum

Capitulum et inferiores collatores qui prouident parochialibus sine examine concursus facto ab examinatoribus Ordinarijs in Diocesana Synodo deputatis reprehenduntur, eorumq. collationes nullae sunt, dnt hoc casu Epi locorum edicta concursus proponere predictis parochialibus, approbatisq. ab illis Romam per litterarum expeditione, cum prouisio istarum parochialium ad Sedem Aplicam spectet, per bullam Pij V. de Collatione Ecclesiarum Parochialium quae incipit, In conferendis; publicata Cal: April: anno 1567.

In beneficijs Curatis et quibuscumque alijs etiam ex antiqua consuetudine Ordinarij proponent edicta Concursus, et a Sede Aplica prouisio fiat, ab examinatoribus in Synodo Diocesana approbatis si fidem suae approbationis habet ab Ordinario, et de hoc extat bulla Pij V. iam dicta

Quoties aliqua Ecclia Parochialis uacauerit, ad quam Abbas aliquis habet ius nominandi, quemcumque Abbas nominauerit, eum Ordinarius ad examen admittere debet. Si aut. Ecclie uacabunt ob mortem Rectoris, in quibus Abbas habeat ius conferendi, qui earum Curationem suscipere uolunt, eos Ordin.s probare debet illo examinis genere, quod uocatur, per Concursum. Neque Abbas eam ob causam ullum examinis edictum proponere potest, neque illius officij partem aliquam pertingere sed id pertinet ad Ordinarium, qui et ipse debet proponere edicta, et examinatores ex Conc. praescripto deputatos adhibere a quibus omnes istiusmodi concursu examinentur, quo examine confecto ex his, quos uitae integritas, et doctrina comendabit Ordinarius debet eligere magis Idoneos, ac postea Abbati relinquere, ut ex electis cui maluerit curam conferat.

Patriarcha habens ius conferendi aliquas Parochiales, quae in Dioc: Epi suae prouinciae, non potest eas conferre nisi his qui approbati, et examinati fuerint ab examinatoribus deputatis per Epum eius Dioc: in qua sitae sunt istae parochiales, et interim dum dtae parochiales uacant Epus illius Dioc: in qua sunt, ius habet constituendi in eis Vicarium, cum congrua arbitrio suo fructuum portionis assignatione, qui dtae Parochiae inseruiat donec de Rectore fuerit prouisum

Nec potest Patriarcha in aliena Dioc: licet ea sit Epi suae prouinciae capellanos ad animarum curationem constituere, nisi de eiusdem Epi consensu et examine eius praeeunte, qui per eum aut per eius examinatores faciendum est, et cum plus Epus Prouincialis dti Patriarchae Sinodum Diocesanam habebit. Patriarcha nihil potest committere, quamobrem Ecclesiarum Rectores, quarum electio ad ipsum Patriarcham spectat, alijsque presbyteri, qui curam animarum in eis gerunt, uel Synodo non intersint, uel decretis Epi minus obtemperent

Nec potest idem Patriarcha alienos Epos in Dioc. Epi sui provincialis inducere ad Eccas benedicendum, vel ad consecrandum, vel ut Sacram. extremæ Unctionis oleum conficiant, vel ut Crisma administrent, vel ut reliqua Pontificia munia obeant, atque exerceant nisi de Epi, cuius ipsa Dioc. est consensu

Licet aliqui Patriarchæ habeant collationem Parochialium existentium in aliena Dioc. Ordinarij tn illius Dioc. dnt edicta proponere, et collatio postea fiat Patriarchis ipsis approbatis ab Epo eiusque examinatoribus

Quoties vacaverit aliqua Eccª Parochialis, cuius collatio spectat ad Prepositum alicuius Collegiatæ, debet idem Prepositus curare ut fiat testamentum pubcus in quo sit adscriptus dies et annus, huius temporis vcs. Quod profitetur se in ipsa Eccª conferenda Ordinarium Epum preveniře, ipsamque conferre illi, quem Epus idoneum ex ijs, quos examinatores approbaverint, atque id sc ei denunciare, ut edicta proponat, et curet, ut examen fiat suo tpre.

Epus vacante Eccª Parochiali debet servare formam examinis per concursum, licet velit eam Vicario conferre

Collationes et provisiones Parochialium Ecclesiarum factæ post publicationem Conc. Trid. ab Ordinarijs absque examine per concursum nullæ sunt, sed ptæ Parochiales ita collatæ vacant, earumque collatio ad Sedem Aplicam spectat, ut expresse cautum est in bulla Pij V. quæ incipit. In conferendis Ecclesijs, pubta anno 1566. Calend. Aprilis

Examen Concursus, non est necessarium in dignitate, quæ parochialem perpetuo, et accesso annexam habet

Familiaris Papæ qui de eiusdem Comne examto et approbatus fuit Romæ ab Ordino debet hri, tamque si fuisset examinatus et approbatus

In provisionibus a Sede Aplica factis in forma dignum, non est necessaria nec de iure fieri debet examino quæ vocatur per concursum

Archiepo Caesaraugustano, qui habentem titulum Parochialis a Papa per obitum in Curia, ab per ipsum Archiepum approbatu in eadem voluit ad examen corporis, ut vel ipsi una ... examinet in forma dignum, vel comitti Ordino. dicaretur

Resignans parochialem cuidam, qui multos annos manet in Curia petit ut examinetur in Curia etiam deputatis examinatoribus in partibus concessum fuit

In vacationibus Ecclesiarum parochialium, licet earum collatio pertineat ad Canonicos, edicta tn. et examina, electioqs personaru quae sint idoneae, magis idoneae propterea ad Epos Ordinarios spectat, collatio autem parochialium ab his facienda est postea ad quos pertinet eas conferre

Archidiaconus cuius Territorium est in una dioc: parochiales Ecclesias conferre potest tm illis, quos Epus eiusdem dioc: in qua Territorium est eligerit magisqs idoneis iudicaverit ex eis, qui ab examinatoribus in dioc.na Synodo deputatis, idonei renunciati sunt

In vacatione parochialis Ecclesiae cuius collatio ad inferiorem pertinet, examen et electio personae idoneae ac edictorum appositio ad Ordinarium spectat

Epo Cremonen postulanti, an iis qui a se scriptum testm auferre volunt, quod sint idonea aetate administrandis parochiis dare debeat in genere an in specie illi parochiae, censuerunt examinandos esse in genere

Dicentibus Jesuitis, an parochia Toletana in Monasterius erecta, et unita eorum Collegio, gubernari possit a deputato ab ipsis, modo sit approbato ab Ordinario, censuerunt posse

§ Examinatores autem ~ In diocesana Synodo eligendi sunt examinatores qui examinent promovendi volentes ad Parochiales, eligendi sunt etiam Judices Ecclesiarum quibus Ecclesiasticae causae ex Conc: Trid. decreto committendae sunt

§ Si vero Juris patronatus ~ Epus instituere debet in beneficio praesentatum ab Ecclesiastico patrono, si digniorem eligit ex approbatis ab exami 69

§ Cum vero Institutio ab alio ~ Ita Congregatio censuit, et Sanctissimus voluit

quia Epus melius cognoscit personas

Quod si ius patronatus laicorum — Examen per concursum fieri non debet in vacatione parochialium quae sint iuris patronatus laicorum, sed sufficit quod praesentatus a patronis examinetur ab examinatoribus in Diocesana Synodo deputatis, et idoneus inducetur prout statuit Conc: Trid: Sess: 24. de Reform: c. 13. vers. Quod si iuris patronatus

Epus vacante parochiali proposuit edicta ex c. 18. Sess: 24. et infra decem dies, quatuor comparuerunt, qui adscripti fuerunt iuxta formam Conc: sed in die pro concursu, et examine deputato ex ipsis quatuor duo tantum comparuerunt, qui examini se subiecerunt, idoneique reperti sunt, dubitatum fuit, an examen praedictum subsistat, ex quo duo alij adscripti non fuerunt examinati, cum Concilium praecipiat, quod omnes adscripti examinentur. Congregatio die p.to censuit subsistere, quia verba Conc: intelliguntur quatenus veniat ad examen, alias in potestate unius esset nolle venire, impedireque ne ulterius procederetur

Ex bulla Pij V que incipit In Conferendis: et in qua de examine post Conc. agitur

Collationes, prouisiones, Institutiones, ac quasuis dispositiones parochialium Ecclesiarum, ab Epo, Archipresbitero, ac quibusuis alijs collatoribus, tam Ordinarijs, quam delegatis etiam S. R. E. Cardinalibus, ac Sedis Aplicę Legatis uel nuntijs, preter et contra formam a Conc. Trid. presertim in examine per concursum faciendo, prescriptum, factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas ac nullius roboris, et momenti fore, et esse, nullumq3 prouisis ius, aut titulum etiam coloratū possidendi prebere, Et parochiales Ecclias hmōi, ut prius ante Collnes istas uacabant, et nunc uacant, easq3 omnes pro tempore sic uacantes, nrē et Sedi Aplicę, seu eorum quibusuis conferendi, vas (preterq3 Epus, et Archiepus, qui curam examinis iuxta Decretum Conc: hūc dnt) competit disposi=tione reseruamus

Si Epus minus habilem, posthabitis magis idoneis, post examen per concursum debitum, elegerit, possunt ij qui reiecti fuerint a mala electione hmōi ad Metropolitanum, uel si ipse eli=gens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem Ordinarium uti nrūm, et Sedis Aplicę delegatum, aut alš ad ipsam Aplicam Sedem appellare, et preelectum ad nouum examen coram ipso appellationis Iudice, et eius examina=toribus prouocare, et constito de prioris eligentis irratio=nabili iudicio, eoq3 reuocato, Parochialis magis Idoneo per eundem Iudicem appellationis aucte Aplica (qtūs Collao ad Epum, a quo fuit appellatum spectaret) conferatur, alias eidem magis idoneum per Iudicem appellationis approbato conferendo, remittatur ad eum, ad quem Collão, prouisio, uel institutio spectabit

Ne tn̄ appellão interposita, interim non impediat aut suspen=dat, quominus electio per Ordinarium primo loco facta debite executioni demandetur, et prouisus ab eadem Ecca causa appellationis hmōi dependente non amoueatur, et si quis a

a Sntia ~~per~~ Judicem appellationis lata duxerit appellan-
dum, et tunc ~~ad~~ Sedem ipsam Aplicam appellabit, si secus
in premissis omnibus et singulis actum, aut attentatum fue-
rit. ~~irritum~~ est et inane. Hec Bulla pub.ta 3e Cal: April:
1566.

§ In prima Instantia &c. Congreg.o censuit non procedere in Conseruatorijs unitum, et aliorum de quibus c. s. in fine Sess: 24. de Reform:

§ Decani et Archidiaconi &c. hoc dec: de secularibus uoluit Congreg.o intelligendum non de Regularibus

§ Seu Archid.m aut alios inferiores &c. hoc procedit in his Decanis qui sunt in Diocesibus Eporum, non in ijs, qui nullius sunt Dioc: ut uoluit Congreg.o

§ Ad hac causa matrimoniales &c. Congreg.o censuit non substulisse immemorabilem consuetudinem, et ideo, si Archipresbiter legitime probauerit, Epus dumtaxat hanc Jurisd.nem exerceat, et quia in fine huius decreti, derogatio priuilegiorum dubitatur, an hoc decretum intelligatur substulisse etiam res iudicatas quae innitantur priuilejs ante idem Conc.m obtinentibus. Congreg.o die 9. Aprilis 1587. in una Salernitana, censuit affirmatiue s. substulisse, quia sntia cum innititur priuilio non dat plus roboris priuilio quam de se habeat, sed solum imponit finem Liti

In cap. xx Sess. 24. Conc: Trid. quo cauetur causas a locorum Ordinarijs esse inter biennium terminandas, alioqui post id spatium liberum esse partibus, uel alteri illarum iudices Sup.res adire, habeat locum, si non stetit per Judicem quominus intra dtum tempus cam definiret, sed uel ob qualitatem causae, uel partium collaones: Congreg.o censuit si per iudicem non stetit, partes alios Sup.res adire non posse facit cap. venerabilis. de Jud. ubi Abbas, et alij, et l. properandum. §. sin autem, et §. De illo C. de Jud:

Censuit tn Congreg.o quod Ordin.s permittere debet tertiarias mon.les s.ti Francisci sub Obedientia frum minorum, quemadmodum antea fuerunt, et perficere ut professionem trium solemnium uotorum quāprimum emittant ex instituto religionis s.ti Francisci, cui sunt adiecta si forte iam non emiserunt

nec eas cogere debent, ut habitum mutent, uel ut uelo nigro
utantur, si illarum Ordo non requirat, postremo inter Septa
Monasterij sui illas claudere debent.

§ Nemini igitur Regularium &c. Regulares tam foeminae quam masculi non possunt tenere propria, sed omnia dabunt suis Superioribus, a quibus primo subueniendum est necessitatibus earum, uel eorum quibus munera destinata fuerunt

Monialibus non licet possidere propria, et si quid legatum, relictum datum, donatum ue fuerit, uel earum labore, seu industria partum, tradi debet Abbatissae, quae ex eo primum monialis ipsius cuius causa id quesitum est necessitati prouidebit, reliquum conferre debet in usum monasterij

Cum D. Aloisia de Toledo, uiro mortuo, facta est monialis S.ti Fran.ci sibiqs permittente filio, reseruasset circiter ducentos aureos annuos ad suum usum, quia contra Conc: est, moniales hre aliquid proprij, uisum est dandam eam pecuniam Priorissae, quae prouideat necessitati ipsius Aloysiae.

Si quis affert munera, elemosinam, uel aliquid, quod sacrarum uirginum manibus elaborandum sit, det Abbatissae, uel illis quae ob ea Rotae prepositae sunt, modo pnte earum procurae, neqs alijs det, aut cum ulla preterea colloquatur

§ Administratio autem bonorum &c. Electio officialium qui administraturi sunt monriorum bona, ad Monasterij spectat Supres, et Ideo licet Epus sit eius Superior, ipsi tn pont eligere officiales

Officiales electi pro administra.ne bonorum Monastery a Superioribus eiusdem pont, prout ipsis magis uidebitur expedire redditus illorum monasteriorum, in loco conuenienti etiam extra Monasterium conser.ti et ab eisdem ministrare pro tpre necessitatis ipsis monialibus

Ver.o Nutum &c. Moniales a Caplo sui monastery electae in officiales ad bona illius administranda, possunt in huiusmodi officio perseuerare quandiu superioribus uisum fuerit

Ver.o Superioribus &c. nisi soli Papae qui solet monachis ius testandi dummodo consensus Superioris ad id accedat, et de modica quantitate disponatur. Couar: to: 1. c. 2. n.o 12.

§ In predictis autem Monasterijs &. Monialibus que non sunt aliunde, unde se comode sustentare ualeant, licet artificio ex proprijs manibus, uictum sibi querere, dummo honesta, et stricta earum clausura seruetur, prout a Conc: Trid: est decretum et visum est Congregationi

Ordinarij, Monialiumqz Supp.[res] permittere non dnt ut plures in illarum Monrijs recipiantur, quam ex proprijs Monrij reddi- tibus uel consuetis elemosinis possint comode sustentari.

Pius V. in Bulla, que incipit, Pastoralis officij &. publi[ta] 4. Calen: Junij 66. executio huius decreti competit Epis, et Regularib. respectiue.

ver. In tantum numerus &. In constituendo numerum monialium obseruari debet huius c. decretum, et dotis aut nihil certi cum eis statuendum est, sed prout qualitas personarum et temporum postulabit, est faciendum.

Nec quod datur a mon[li] monast[m] ingrediente dotis nomine uocari debet sed dicendum est, quod hic tribuitur pro alimen- tis monasterium ingressę.

ver. Nec de cetero &. Monachi non possunt monasterium edifica- re in parochia, in qua id non habet, sine cognit[ne] et licen[a] Papę ex Conc: Trid: decreto

In Monasterijs Monialium, in quibus iux[ta] dec: Conc: c. 3. Sess: 25. de Reg: Epus certum numerum constituit, liceat Abbatissę in loco Monialium deficientium alias recipere pacta certa elem[a] pro dote, et quibus non liceat, que prouisio debeat per Epum adhiberi, quia hec dubitatio est magni ponderis et consuetudo est contra eaqz iura disponunt, ut in c. Cum c. non satis, de sim. ubi doct: Extrauag: sant co tt[u] Baldazar in l. si quemqz C. de Epis, et Cler. Guidon Papa dec 80. Armill. uerbis. Symonia n.° 30. Silu. eo uerbo n.° 15. et S. Thomas relatus a Summistis, Propterea Congreg.° censuit tale negotium referri ad Papam.

§. Bonifacij octaui constitutionem — Epus debet providere his quae faciunt ad Clausuram monialium, et alijs earum necessitatibus.

Moniales licet pretendant subesse earum provincialibus, Ordinarius tamen eas coarcere debet, in his presertim quae spectant ad Clausuram

Bulla S. D. N. de tertiarijs, prohibet puellis, quod non possint suscipere habitum in Monasterio non clauso, si vero sit clausum possit

Monachae tertiariae, seu de penitentia dictae, quae tria substantialia vota solemniter emiserint, ad precisam Clausuram perpetuo seruandam per censuras, et aliarum penarum impositionem, ut secularis brachij inuocationem, omnibusque iuris, et facti remedijs omnino cogendae sunt, et compellendae. In alijs vero a quibus tria haec vota non sunt emissa, seruandum esse prescriptum bullae a Pio V. editae 4. Cal. Junij. Pont. sui anno 1. quae sic incipit, Circa pastoralis officij, ubi dicit tertiarias non professas, ab Ordinario et eorum superioribus admonendas, et indicandas ut profiteantur, et post professionem clausurae se subijciant; quod si recusauerint, et inuentae fuerint scandalose viuere, esse seuerissime puniendas

In eadem bulla prohibet Pont. volentibus viuere sine professione, et clausura, ut in futurum nullam aliam in suum Ordinem, religionem, aut Congregationem recipiant

Moniales tertij Ordinis, quae non emiserunt professionem, non sunt ad clausuram seruandam compellendae.

Epus habet facultatem concedendi licentiam alloquendi Moniales exemptas

Epus prohibere potest, ne licentia alloquendi moniales exemptas ab alijs quam ab ipso concedatur

Patriarchae, Primates, Archiepi, Epi, in virtute obedientiae debent publicare in suis Ciuitatibus, et Diocesibus bullam Pij V. de clausura Monialium, et coercere, ut in omnibus Monasterijs, clausura seruetur, Pius V. in bulla proxime citata

§ Nemini autem sanctimonialium — Monialibus a monasterio

~~quibus non liceat exire etiam cum causa probabili, nisi adsit commune consensus Superioris Regularis, et Epi, eius loci~~

~~Moniales non possunt exire clausuram monasterij nisi de consensu sui Superioris Regularis, et Epi Diocesani.~~

Moniales subiectae potestati Regularium exemptorum si sine licentia Ordinarij e Monasterijs, egressae fuerint, dnt ipsae et ipsarum Superiores, de quorum licentia, e monasterio fuerint egressae, per Censuras Ecclicas et alia iuris remedia ab eodem Ordin° puniri non obstantibus quibuscumque privilegijs

Si quae moniales sint, quae consuetudine etiam immemorabili, aut instit°, aut fundatne regulae suae freti aio obstinato huic clausurae resistant, aut quoquo modo reluctentur, Ordinarij una cum Superioribus earum viribus iuris, et facti remedijs, compellant easdem tamque rebelles et incorrigibiles ad precise subeundum dtam clausuram, et perpetuo observandum. Pius V. dta bulla. Universae et singulae Moniales pntes atque futurae, cuiuscumque religionis Ordinis, vel militiarum et Hyerosolim, sintque iam receptae vel in posterum in quibusuis Monrijs, siue domibus recipiantur et tacite vel expresse religionem professae etiamsi conversae aut quocumque alio modo appellentur, etiamsi ex institutis, vel fundatne earum dicunt ad clausuram non tenentur, nec eam in earum monasterijs seu domibus ab immemorabili tpre, et seruata non fuerit sub perpetua in suis Monrijs seu domibus clausura decreto dnt permanere. Sic Pius V. in eadem bulla

Moniales nulla occasione vel pretextu exire pont, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis leprae, aut epidimiae, quae tn infirmitas preter Ordinum Superiores, quibus curam animarum incumbit etiam per Epum seu alium loci Ordinariu (etiamsi Monasteria ista monialium ab Eporum, et Ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur) cognita sit, et expressa in scriptis approbata. Ita in ptis tn casibus extra Monasteria stare non possunt, nisi ad tpus necessarium. Pius V. in bulla quae incipit Decori, et Honestati, pubca Cal: Feb. an: 1569

Moniales exeuntes sine licentia dicta, ipso facto excommunicationem incurrant, a qua non possint, excepto mortis articulo absolui, praeterquam a Papa, suntque dignitatibus, officijs, et administrationibus obtentis priuatae, et inhabiles, tum ad illa, tum ad alia in posterum obtinenda. Idem Pius V. ibidem

Monialibus aliter quam dictum est exeundi licentiam concedentes, similiter ipso facto incurrunt excommunicationem, a qua nemo potest praeter Papam, extra mortis articulum absoluere, Ad haec officijs, dignitatibus, et administrationibus per ipsos obtinentibus, priuati sunt et inhabiles ad illa, aut alia deinceps obtinenda redduntur Idem Pius V. ibidem

Comitantes aut receptantes Moniales, aliter quam dictum est extra Monasterium egressas, excommunicationem ipso facto incurrant, cuius absolutio mortis tamen articulo excepto Papae est reseruata Pius V. ibidem

Bulla iam dicta ab omnibus, et singulis Patriarchis, Primatibus Archiepiscopis, et alijs locorum Ordinarijs in Ciuitatibus, et Dioecesibus proprijs quolibet, publicanda est ibidem

Praesupposita declaratione Congregationis alias edita, quod si in loco sit consuetudo accedendi ad Monasteria monialium, Regularibus subiecta sine licentia Episcopi, ea debent obseruari, An eodem modo attendenda sit consuetudo post Concilium introducta, ut Ordinarij concedant licentiam ingressus ad Monasteria regularibus subiecta priuatiue ad ipsos Superiores regulares Congregatio censuit, si consuetudo sit introducta post Concilium quod ea debeat obseruari

An dato quod a Superioribus regularibus huiusmodi licentiae ingressus accessus concedi debeant, priuatiue ad Ordinarios, possint tamen Ordinarij aliquam super ipsarum licentiam concessione superintendentiam habere, et qualem prout Mediolani ubi uigore Concilij Prouincialis primi debent haec licentia apud Superiores registrari Congregatio censuit quod etiam sit reseruanda consuetudo

Et an si ipsis sit expedire ex aliqua iusta causa uidebitur licentias ipsas aliquando improbare. Congregatio censuit quod non possit improbare, uerum, possit aliquem accedentem impedire si probabiliter hoc expedire iudicabitur

Ingredi autem intra septa &c. Licet Epo uel Supri in Monriis sibi subiectis dari licentiam recipiendi puellas in Monasteria et ibi comorandi, ut recte in moribus instruantur, licet nolint religionis habitus suscipere, cum tn certis conditionibus, non obstante Conc. Trid: decr.o Sess: 25. c. v. de Regul:

Concm Trid: non prohibet quin puellæ in Monriis monialium, educationis gra recipi possint, nisi forte ratio aliqua uel institutum religionis alicuius Monrij aliter prohiberet.

Puellæ seculares, non prohibentur, quin in Monarijs Monialium educari possint, seruanda tn instituta cuiuslibet Monrij nec nisi de consensu Supris eiusdem Monrij sunt admittendæ

Puellæ quæ educationis gra degunt in Monrijs dnt sine ancillis ibi manere, nec inde nisi non reuersuræ, possunt exire, et obligatæ sunt ad clausuram, et ad cetera sicut ipsæ moniales

Idem statutum est de puellis quæ propter tenues facultates uel inopiam domi suæ, tuto ali nequeunt, ac eisdem etiam uictu a propinquis suppeditato, sunt in Monrijs collocandæ.

Puellæ educationis gra stare possunt in Monrijs monialium modo seruent omnia ad quæ tenentur ipsæ Moniales, caput tn XVI. huius Sess: locum non habet in dtis puellis

Puellæ quæ educationis gra in Monrio monialium recipiuntur recipi dnt de consensu Abbatissæ, et monialium, et de consensu, ac licentia in scriptis Supris earumdem, debentqz in Monrio sine ancillis manere, et si semel ex eo exiuerint non sint amplius ad id admittendæ

Puellæ quæ sunt in Monrijs monialium educationis gra debent restitui pri quandocumqz eas petierit

Puellis quæ educationis gra in Monrijs sunt, licentia dari dbt inde ad balnea, curandæ ualetudinis gra exeundi, ijsdemqz permitti debet, ut in idem Monrium redire possint, si tamen recta a balneis eo se recipere uoluerint

Puellæ quæ de licentia Supris monasterij, de eo exiuerint curandæ ualetudinis causa, rursus in eo admitti debent, modo ab eius Superiore licentiam in scriptis reimpetrent, et Abbatissæ

et reliquarum monialium accedat consensus, et in eo ueftitu, in monasterium introduci dnt, qui uirginali modestiæ, ac pudori conueniat nullamqz secum famulam ducant, et dum ibi erunt, seruare dnt clausuræ eandem legem, quam moniales seruant, neque ibi perenare permitti debeat ultra ætatis suæ annum XXV: quo ex loco, si semel exierint nullam postea reuertendi habeant facultatem

Epus potatem faciat puellæ redeundi et comorandi in Monrio in quo alias comorabatur causa educationis, et ex eo exiuerat morbi sui curandi cā, modo id fecerit de eius licentia, et uere seruentur illæ conditiones quæ alias in aliis litteris huiusmodi uidem præscriptæ fuerunt

Puellæ educationis grā in monasterium monialium manere permitti dnt usqz ad XXV: ætatis suæ annum Gregorius XIII. Supti Conuenti monialium Sti. Gabrielis Ferrarien

In Monrijs monialium tolerari dnt puellæ quæ delectæ sunt ex hospitalibus, et aliis piis locis, donec offeratur facultas eas nubendi quæ licet inseruiant Monrijs Monialium, non possunt tn priuatim cuiqz moniali inseruire; quæ puellæ cum prodeunt in publicum omnes processionales incedere dnt, nec comites illis moniales adiungantur, et confecta processione in Monrium reuertantur, et quamdiu ibi sunt clausuram seruare teneantur, et reliquam uiuendi rationem prout ipsæ moniales, et nullas secum pro ancillas, nec singulæ inde pnt exire, nisi postea nunqz in idem Monrium redituræ

Puellæ quæ propinquis, et facultatibus destitutæ sunt, et ideo sine dote, nec collocari in mrimonium, nec ad monasterium adduci possunt, si misericordiæ cā admissæ fuerint, tolerari dnt in monasterijs modo Supti obediant, in futurum tn nullæ tales condnes admittantur

Neophitæ pnt in monialium monrijs manere, si Ordinarij, Abbatissæ monialium, earumqz Suptis consensus accedat, ipseqz solæ maneant in monrijs, neqz inde exeant, nisi in Monrium amplius postea non redituræ, reliquisqz in rebus oibus præsertim in his quæ ad clausuram pertinent, leges seruent monialibus præscriptas

Viduæ quæ uiris mortuis honestatis causa se contulerunt in Monrium modo sint bonæ existimationis, et famæ, legibusqz supradictis Monrius pareant tolerari dnt, nisi moniales fieri uelint

Sess: 25 de Regul: c. v.

Viduæ nobiles quibus permittitur ingredi Monasterium monialium his conditionibus uti dnt, ut nullas secum ducant ancillas, ut eo animo ingrediantur, ut nolint amplius inde exire, et ut dum apud Moniales sunt, his clausuræ finibus et legibus teneantur, quibus ipsæ Moniales

Non potest Epus licentiam dare viduæ Monrium ingredi volenti, et in habitu laicali permanere, etiamsi ibi usque ad finem vitæ suæ permanere, nec amplius exire vellet, quia in istis nulla adest causa necessaria

Mulier coniugata si sit in Monrio monialium, et constiterit quod si inde exierit, versabitur in periculo mortis, in monasterio relinqui debet, etiam sine ancillis et ullo famulatu extraneo, teneaturque clausuram, et alia prout ipsæ moniales servare.

Mulieri quæ venit in suspitionem adulterij apud maritum, et ob id timent, ne ab eo vis aliqua sibi inferatur, permitti debet ut ingrediatur monrium monialium, si modo constitnes monrij non repugnent, et accedat consensus monialium, et Abbatissæ, et ministri Provincialis aut alterius earum Superioris et ingrediatur sine ancillis, et servet clausuram, et reliqua prout ipsæ moniales, et causa ingressus cessante debet inde exire, et si semel exierit, nunquam postea in id ingredi poterit

Mulieres quæ sunt in discordia cum Marito, et eius sævitiam timeant si sint extra culpam quamdiu iustam timendi causam habuerint dnt si sunt in monrijs tolerari, illæ vero quæ probabili suspne adulterij laborantes in Monrijs receptæ fuerunt ad breve tamen tempus tolerari dnt, in posterum vero huiusmodi mulieres in eis recipi non dnt

De Virginia Boue N. civis Panormitani quæ superata a viro est in monrio Scribatur Archiepo Panormitano, ut si exiens inde subit vitæ discrimen, patiatur eam esse in Monrio modo quoad clausuram attinet servet regulas monialium

Petitio Comitissæ Lugnorosæ, ut propter fluxum sanguinis possit a marito segregari, et cum tribus filiabus puellis in Monrio monialium habitare, reiecta est

Nobiles et gradu superiores Matronæ, quæ sunt in Monrijs admissæ omnes ancillas emittere dnt, nec possint e Monrio exire, nisi in id non reditura, et dum in eo manent servare dnt clausuram et reliqua sicut ipsæ Moniales

De lite Comitissæ S.ti Severini, quæ interea dum filium adolescat vellet ingredi Monrium Neapolis, Responsum est ut ingrediatur nec exeat, nisi cum ingredi amplius noluerit, et quamdiu ibi erit quoad clausuram attinet observare regulam Monialium

Non licet Epo licentiam dare Matri, sororibus, et consanguineis monrium ingredi, causa visitandi filiam, vel sorori que graui aliqua infirmitate detinentur, etiam non sine mortis periculo, minus quando filia, aut aliae professionem emittunt vel habitum suscipiunt religionis

Seculares omnes ab ingressu monialiu monrij, prorsus prohibendi sunt et monialibus expresse debet precipi, ne in Monrium ullos seculares admittant, deinde excomunicationis pena secularibus, ipso facto incurrenda si ausi fuerint in Monrium intrare, denuntianda est.

Causa euidentis vtilitatis Monialium licentia concedenda est ab Ordino procuratoribus earum Monrium ingredi, modo etas et morum grauitas ea sit, que eos comendet

Ordinarius permittere non debet mulieres que inhoneste vixerunt in sacrarum virginum monrijs permanere, et presertim si non consueuit monrium illud huiusmodi feminas admittere, et prefate mulieres a Supre Monrij nullam in scriptis licentiam impetrauerunt neqz Abbatisse, neqz reliquae moniales consenserunt, neqz post ingressum Monrij clausuram seruauerunt, neqz aliquam viuendi rationem; quam Moniales seruant

ver. In scriptis obtenta. § Scriptura non est necessaria in ijs qui Epum in Monrij visitatione comitantur

§ Dare autem tm Epus § Nulla est licentia danda introeundi septa Monrij monialium, nisi in casibus necessitatis, quorum aliqui explicati fuerunt in edicto Vicarij Vrbis Rome

Mulieres cuiuscumqz sit status aut conditionis, pretextu Confessionalium, aut aliarum lrarum Aplicarum, ingredientes domos, et monria Carthusiensium, et aliorū Regularium Ordinum, etiam Mendicantiū, excoicationem ipso facto incurrant cuius absolutio Romano Pont. reseruatur, excepto mortis arclo, Pius V. in Constitne Regularium personarum, publicata die 23. 8bris 1586. Nauar. in man: c. 17. n. 150. notat Pius V. declarasse mentem suam fuisse includendi cum hac constitne Regularium personarum, sine ulla licentia ingredientes Grege. xiij In Constitne Vbi grc. publica xxiiij. Julij 1575. Nauar. vbi supra putat eandem fuisse mentem dicti Gregorij includendi s. Ingredientes sine tali licentia, ac ita sacram penitentiariam obserre credit. Idem decreuit adiungens ne

monialium quidem Monria predictas mulieres ingredi posse, istarum licen-
tiarum pretextu sub pena excoicationis late sntie, cuius absolutio tm
spectat ad Pont. Rom:

Abbates, Prepositi, Priores, et alij Presidentes, Monasteriorum
Conuentuum quocuqz noie uocantur, et eorum monachi, Canonici et
Fratres, dtas mulieres introducere uel admittere in Monria, uel Con-
uentus presumentes, ipso facto sine ulla declaratione, officijs que
hnt priuantur et tum ad illa tum ad alia quecuqz inhabiles redduntur
et a diuinis suspensi sunt.

Idem Pius V. in Constitutione Regularium. Greg. XIII. dta
Constitutione, ubi supra, addit ad has penas excoicationem ipso facto
incurrendam, cuius absolo petenda est a Pont. Rom. preterqz in mortis
arlo. Item priuationem dignitatum, beneficiorum, et officiorum adiun-
git easdem uero penas incurrere, etiam Abbatissas et omnes alias
personas regulares feminei sexus dtas feminas admittentes aut
introducentes in sua Monasteria.

Persone quecuqz Ecclee, siue seculares, siue Regulares ille fuerint,
pretextu licentiarum ab Epis uel Superioribus monialium in casibus
tm necessarijs obtentarum, monria monialium prohibita ingredien-
tes, ipso facto incurrere excoicationem, cuius absolutio Pont.
Rom. reseruatur, priuationem omnium dignitatum, beneficiorum, et
officiorum, ac inhabilitatem ad illa, et alia in posterum obti-
nenda, Greg. XIII. in dta Constitutione ubi supra.

Moniales que dtas personas Ecclecas, licentiam ab Epis, aut
Superioribus earum in casibus tm necessarijs hntes presumpserint
admittere necessitatibus non urgentibus, easdem iam dtas pe-
nas excoicationem s. Papalem, priuationem et inhabilitatem,
Greg. XIII in dta Constitutione

Epi aliqz Prelati, quibus est tributa facultas monria ingrediendi
ea uti non dnt, nisi in casibus necessarijs, et a paucis, ijs senioribus,
bus, ac Religiosis personis comitati, sub penis iam dtis,
Greg. XIII. die XXIII. Xbris 1581 constituit, ut refert Nauar.
in Manua: c. 27. nu. 150.

Dare autem ꝗ Regulares adeuntes Monria monialium sine
licentia Epi, incidunt in penam excoicationis, quam Epus
suo edicto proposuit, sic Congregatio die 9. Aprilis 87. Nisi Re-

gulares illi habent ex privilegio, quod non possint excommunicari, tunc
debent puniri a suis Superioribus alia pena, qui Regulares
si excommunicati non possunt absolvi a suis Superioribus, sed ab Episcopo qui sibi
hanc absolutionem reservavit

§ Et quid Monasteria sanctimonialium — Translatio Monasterij monia-
lium, cui imminet scandalum, est facienda ad aliud eiusdem Or-
dinis Monasterium, nec redditus Monasterij translati, sunt Seminario
applicandi, sed uniendi sunt Monasterio in quod fuit translatum, li-
cet aliunde non possit Seminario provideri

Translatio monialium de uno Monasterio ad aliud eiusdem Ordinis
est facienda propter supervenientiam aeris pestilentis

Monachae Collegij Nolani propter pestilentem quendam aquae
defluxum ex vicino monte, petunt transitum ad aliud Monasterium
sub eadem regula, Scribatur Episcopo Nolano ut si ita est benigne con-
cedat

Petenti Cardinali Vercellensium ut Monasterium unum possit
ad aliud transferri, scribatur ut illud transferat, cum universa
dote, et nihil ex illa applicet Seminario, sed illud erigat pro
ratione facultatum

Moniales quae habent Monasteria excursionibus Piratarum et hostium
nequaquam in Monasterio Urbano eiusdem Ordinis collocari debent, non
sunt tamen in plura Urbana Monasteria distribuendae, dum proprium aedificatur,
quod hoc cum Conc: Trid. dec: non convenit

Unio Monasteriorum monialium est facienda cum legitima causa
subest accedente ad id Papae auctoritate

Tollantur Ecclesiae quae sunt intra Claustra Monasterij
ex dec: Conc: Trid. et alibi collocentur

Sess. 25. de Regul: c. VI.

In Electione Abbatissarum

In Electione Abbatissarum de qua in Conc: Trid: Sess: 25. c. 6. Epūs potest cum suo Vicario vel Secretario, vel alio ab ipso assumpto, vota singu/larum Monialium vocetenus expressa audire

Abbatissa. ¶. Abbatissa licet per quinquennium non permanserit in Religione dum tn̄ excedit XXX. annos, et id fiat ad requisitionem suarum monialium de licent.ᵃ secundę dignitatis Ecc.ᵃᵉ Cathedralis, et earum Super.ⁱᵘˢ ctis, dummodo laudabilr̄ anno sup.ʳⁱ se gesserit, dēt confirmari per biennium in officio, quod si ad Confirmationem dictę Abbatissę deesset consensus Sup.ʳⁱᵘˢ Regularium propter eorum absentiam servatis ijs, quę hic: c. prescribuntʳ ad dictam Confir.ᵐ Congreg.ᵒ censuit procedere in Monrijs Canonicorum secularium et etiam procedere, ubi consuetudo immemorabilis est in cont.ᵐ quia talis est urat.ˡⁱˢ anno. 86.

Epus benedicere debet Abbatissam, quę intra annum a die quo ad illud Monrium fuit electa, petijt ab Epō, benedici.

Epūs, benedicit Abbatissam, et conservat moniales exemptas, et compellet si procrastinentur.

Consecratio et benedᵒ. monialium fieri potest in Ecc.ᵃ exteriori adhibitis ijs monialibus tm̄ quę erunt necessarię.

Ver. Et alio ¶. Ut egredi possit hodie, necessaria est licentia Papę, quia obstat bulla Pij Quinti super monialium clausuram edita.

ver. Liceat Metropolitano & Cri convocare monia ad Congregationem faciendam de qua hic pertineat ad Prelatos tm, an vero ipsis renuentibus ad ipsos capitulares, ita ut dispositio Conc: non intret nisi data utriusq: neglig.a Congreg.o censuit die V Februarij, negative, quia procedit in secularibus, in regularibus vero potestas Congregandi spectat ad Caput, quia sunt mortui mundo, et Conc: hic vult ut Metropolit.us, siue Epus in cuius dioc.i tanq. Sedis Aplice delegati

Dubitatur quis numerus requiratur ad legme conuocandum, Congreg.o censuit, quod maior pars requiratur ad Congregandum quia unitas consistit in duobus partibus

Quibus ex sntia Congregationis possunt legme congregati requirere, et monere, non autem compellere, quecuq: monia prouin

De Monrijs vero extra Prouinciam, si in ea non sit sufficiens nu.rus moniorum, Idem censuit Congreg.o ultra si sit intra limites censuit posse deliberare, et definire, quecuq: necaria uidebut.r quia potestas est penes Congreg.m

Monasteria Monialium & Moniales s.ti Spiritus in Saxia, gubernandę sunt ab Episcopis

Magri seculares non dnt regere monria regularium monialuim.

Huius sensus capitis hic est, quod monria monialium quę sunt immunia, priuilio, uel Indulto aplico, sub iurisdictione Ordinarij in his dumtaxat rebus quę ad ..... pertinent spualem, in reliquis uero non potest se intromittere, Ita Sacra Congreg.o cont.

Epus non habet iurisdictionem in monialibus quę priuilegio uel indulto Papę sunt immunes nisi in his quę ad clausuram, et ad spualium rerum curam pertinent

Epus qui est in quasi possessione visitandi moniales aliquas, potest in prędcta possessione perseuerare, saluum tn manet ius monialibus in petitorio

Epus Visitans monrium, tamqs Abbas, non tamquam Epus non acquirit possessionem uisitandi Epo

Sess: 25. de Regul: c. x.

Ver.° Confessorem s. Confessores huiusmodi in Monasterijs monialium quae degunt sub cura regul. non sunt examinandi ab Episcopo sed a Superiore Ordinis

§. In Monasterijs seu domibus §. In Monrio in quo Generalis alicuius religionis regularium sedem Ordinariam principalem habet, licet personę seculares sint in eodem Monrio, curam aiarum exercentes, quantum ad ipsam curam sacramentorum administrandorum spectat, nulli visitari seu Jurisdni Epi Ordinarij Diocesani in qua Monrium situm est, sunt subiecte.

Ordinarius non habet ius visitandi capita Ordinum, licet ani[arum] curam habeant curam aiarum, nec membra proxima capiti

Equites Hyerosolimitani qui beneficia curata non obtinent ab Ordinarijs visitari non possunt.

Epus habet ius visitandi parochiam que sita est in sua Diocesi in his que spectant ad curam aiarum, licet dcta parochia sit sub cura Canonicorum Regularium, vicariusque et his Canonicis regularibus ab eorum superioribus noiatum, et previo examine per Epum ipsum vel eius vicarium faciendo, idoneum ad exercendum curam aiarum inventum est et approbatum, ad nutum tamen eius Supis amovibilem, deputare debet, non obstantibus quibuscumque

Petentibus Jesuitis, an Parochia Toletana in Monrium erecta, et unita eorum Collegio, gubernari possit a deputo ab ipsis, modo sit approbatus ab Ordinario, censuerunt posse, sicut etiam monachi possent si ad id approbarentur, Conc. Colon. provinc. p. 4. c. 18. to. 4.

Sess. 25. de Regul. c. xij.

§ Dies etiam festi. Dies festi quos Clerus, et Populus ex more, et instituto alicuius Ecclie obseruant, regulares, et si, eorum ritu tales dies festos obseruant, ad id tn̄ cogendi non sunt, licet ex obseruatione dictorum dierum ritus predictorum in suis officijs obseruandis intactus remaneret.

Extant Perusij quamplurima Collegia, que, collegia, artes uocantur, et inter cetera reperiuntur, collegia macellariorum, Aromatariorum, Vinariorum, et ista tria Collegia per plures annos uendiderunt plus offerenti facultatem uendendi diebus festis, et sic ille solus, qui plus offerebat, uendebat, nempe unus pro quolibet exercitio seu Collegio, et istud pretium semper conuerterunt in Lumin. et collationes faciendas hominibus dictorum Collegiorum dum eunt in dicta Lumina, et hoc fit ex antiquissima consuetudine. Verum cum tractetur de uendendo merces diebus festis, et sic de non sanctificando dies festos, Quesitum fuit sapiat aliquid peccati, uel tolerari potest, Congreg. die viij. 8bris. 1587. censuit tolerari posse cum talis consuetudo non sit nutritiua peccati, sed inducta propter necessitatem ideo excusantur, et ita comuniter tenent Summiste.

§. Exempti autem omnes ∫ Ordinarius potest precipere claris in una dioc: cómorantes ut eant ad processiones publicas, ut puta in festis Corporis xpi, In Letanijs, in Jubileis publicis facien-dis, in plebibus in quibus ipsi hñt monria, dummodo processiones sint eius generis, quod bulla S. D. N. mendicantibus concessa com-prehendit, dummodo regres non sint ex illis Conuentibus collegia nuncupatis, quę in eadem bulla recipiuntur. Hec bulla inci-pit, Et si mendicantium, Pij. V. publicata xxij Cal: Junij 67.

Excipit bulla illa Et si mendicantium, illos Conuentus, in quibus Fres sub arctiori clausura degunt, ita ut nec in Choro cantant nec ad mortuos accedunt, sed tm studijs, et lectionibus uacant

Ad Epum pertinet cum Capli consensu decernere, atqz edi-cere, quo, et qua processiones dirigi, quasue ad Eccliasnoviatim perduci debeant.

Regulares qui non accedunt ad processiones ab Epo indictas ab eo puniri possunt per censuras, et penas arbitrarias et alia iuris remedia

Decretum hoc in quo decernitur omnes tam Clericos seculares quam Regulares, et monachos ad publicas processiones uocatos uenire debere, locum non ht in hijs qui in strictiori clausura uiuunt, ex quibus sunt Canonici Regulares Congregationis ste Crucis Columbricen

Controuersias pendentes dirimere hodie potest, finitas aut innouare non pot ex bulla Pij. V. in fauorem Regularium edita

Ver: Amota omni appellatione ∫ Intellige ad effm suspensiuum sed cum peruenerit sntia Epi bene appellari poterit ad effm deuolutiuum ex Congregat. sntia in una Hyeracen

Sacerdotes inseruientes Ecclesijs religionis Equitum Hyerosolimi-tanorum, compelli possunt ab Ordinario, ut ad processio-nes publicas accedant

§ Regularis non subditus — Declaratio huius decreti extendatur ad Cruciatum et Inquisitores, ut non possint extrahere Regulares absque Superiorum consensu

Intimetur per Cursorem, ut nullus Officialis Camerae Poenitentiariae contradictarius Cancellariae, aut cuiusuis Tribunalis, sub pena privationis officiorum audeat ponere manum in Supplicationibus Regularium virorum vel mulierum etiam cum clausulis Iustificationis, nisi sit a protectore subscripta

In posterum nemo Regularium eijciatur a Monrio etiamsi sit incorrigibilis, sed peccantes a Superioribus ignominia, et carcere castigentur et acrius, etiam si fuerit opus, pro modo delictorum puniantur

An Regulares possint similiter coram Episcopo a Creditoribus suis vel Conservatoribus conveniri, et fuit resp. quod si non sunt sub Regulari observantia possunt c. Cognovimus, si vero sunt sub ea observantia non possint conveniri coram Episcopo quia habent proprium superiorem, et nihil habent cum viris comunibus Episcopi propter exemptionem Sil. ver: Exemptio n. x. Sed coram Conservatoribus in casibus sibi permissis ut supra Sess: 14: c. 5. possunt conveniri et ita Censuit Congregatio die ix. Julij 1573. Sed Abb. in c. 4. n.° 4. … non concludit quod possint conveniri coram Episcopo, quod nota, et vide ibi multa

§. In quacumq; religione ✝ Congreg.º coram Cardinali Alciato definiuit caput hoc de militaribus religionibus non loqui, quia in odiosis non veniunt ut Hierosol.: Sil. ver. Religio 1. n. 1. in fine

Professio facta a Moniali ante xvi. annum completum, debet ab Ordinario nulla declarari, sed quid ex instituto alicuius Regulae, Professio non fiat ante decimum octauum annum completum, ut sunt de S.to Franc.o de Paula, an sit eorum professio nulla, si eam emiserint post tempus Conc:, sed ante tempus in earum ola, et quia ex verbis Regulae non annulantur talis etas professionis, sed tm imponitur pena Sup.ri etiam recipienti, et quia extet Confirmat.no Sup.ris, censuit Congreg.o professionem tenere; arg: c. ad ap.licam de Regularibus.

Moniales quae eius Ordinis sunt, qui requirit professiones, si tacitam professionem emiserint, et si palam, et expresse id factum non fuit cogendae tn sunt ut profiteantur

Singula monia librum habeant tacite, uel expresse profitentiu

Ver.º Professionem ✝ Post professionem uero quilibet Regularis etiam extra claustra degens, siue moriatur cum habitu, siue sine, oia sua bona mobilia, et immobilia acquirit ordini, in quo professus est, vide bullam Pij. v. Audictum paulo post, Rotam decreuisse in fauorem militarium, ut Conc: uerba non comprehendant.r, Et nouissime de mense Julij 1582. Censuit Congregatio milites Hierosolimitanos ex nouo ipsorum statuto ingrexens huic decreto comprehendi

Licet Hierosol.ni milites dicunt.r Regulares, ut per Abb: Rub. de Regul. tn non comprehendunt.r super c. xv. super eodem, nec sub hoc textu quia in eis non requiritur etas prescripta per Conc.m

Professio non est ualida ante expletum probationis anum, sed, quia Can.nes permittunt, ut quis post ratum m.rimonium religionem ingredi p.oit. Quid fiet si unam Religionem ingressus de illa transeat ad aliam, aut plures ac ita tp.us professionis differat, an ne talis tum compelli p.oit ad tp.us hoc breuiandu maxime cum iste transitus ex una ad aliam relig.nes fieri uideatur in fraudem eius qui in seculo remansit. Congreg.o respondit non posse compelli 1588.

§. Nulla quoque § Caput hoc locum non habet in puellis quae educationis gratia manent in monasteriis, neque procedit hoc in testamento aut in ultima voluntate, vel eleemosinis

§ Finito tempore novitatus § Puellae quae sunt in monasterio finito noviciatus tempore sunt ad professionem admittendae si habiles inveniantur si vero non eiiciendae sunt e monasterio

Abeuntibus ante professionem omnia restituantur § Etiam cum fructibus si qui sunt deductis tamen alimentis a monasterio praestitis

Ver° Renuntiatio § Quid si renuntiatio ante susceptum habitum fuit, vel ingressam Religionem, et videtur quod Conc.[m] in casu praedicto non habet locum, loquitur enim de sumentibus habitum, vel ingredientibus religionem, sed si don.° vel renunc.° facta fuit intuitu religionis ingrediendae tamquam facta in fraudem huius Canonis, videtur subesse huic disposit.[ni] ex Congreg.[nis] sententia

§ Finito tempore § Quod si eius Ordinis moniales sint quae requirant professionem, et si palam, et expresse id factum fuerit, tamen cogendae sunt ut profiteantur Congreg.°

Ver Superiores § Hec verba respiciunt tantum ad habiles, non tamen ad inhabiles, et ita ex sententia S. D. N. explicantis hunc textum Ill.mo Card.li Claravallen. censuit Congreg.° sub die XIX. Junij 1570, quod dictum tempus novitiatus est arbitrarium

Libertati professionis §. Virgines quibus facienda est professio si clausura monialium facta sit, excommunicandę sunt ab Ordinario extra Monrium ad Cancellos, aut Crates ipsarum monialium, et claus.ª facta, Ordinarius abstineri debet a Monrij ingressu.

Epo. enim scribatur ne extra Cancellos monialium examinet puellas facientes professionem, uel si habet cam iustam, et certum suspi„tionis examen, faciat in Eccl.ia Monrij, uel in alia Eccl.ia

§ Non ante eum suscipiat §. Explorare debet bis uoluntatem birginum Epus, quę moniales effici uolunt, semel quando recipi„unt habitum clarem, et iterum quando uolunt emittere professi„onem

Et puella cuius deliberatio in dubium reuocatur, Ordinarius diligentissime quęrere debet, an Deo religiose inseruire, atq3 inter moniales, inter quas est professionem emittere, an uero nubere uelit, et hoc fieri debet necessarijs interrogationibus et quicquid respondet, describi debet a publico Notario pnti„bus testibus Idoneis, quę quidem puella, si ob aliquam cam probabilem, uidetur Ordin.º non esse examinanda in Monrio examinari debet in Eccl.ia eiusdem Monrij, uel alio religioso Loco, qui aptior et cōmodior bidebitur

Censuit Congregatio quod inclusa per bim in Monrium det inde educi, et si quid damni ob eam cām passa est, curare debet ut indemnitati eius prouideatur eorum impensis, qui talem uim intulerunt, qui dnt etiam seuere castigari, Sed si puella monialis effici uelit, desiderij eius compos est facienda Licet pater eius contradicat

Ver. Non ante eum suscipiat §. Per hoc uerba Congregatio res„cripsit aliquem puellam non debere admitti ante 12. annum ad habitum suscipiendum, quia cum requiratur uoluntatis puellę exploratio, non est eius uoluntas, neq3 Consilium ante illam etatem

Dimoda Libertas requiritur in Mrimonio spirituali pro qua li„bertate obtenta est causa cuiusdam Onę. ad ānulandam eius professionem, metu, reuerentiali factam anno 1568 mensis Feb„ruarij in Rota coram R.D. Oradino

Puellis quæ sumpserunt sacrum habitum in aliquo monialium monrio debet ab Ordinario certum dierum numerum xv. uel xx. præfigi intra quem deliberent, utrum uelint professionem emittere, uel non, si nolint remittendæ sunt ad domos Consanguineorum uel affinium

ver. Quod si Prefecta & Si Supres monialium alicui puellæ habitum dederint, priusqz ab Ordinario examinata fuerit, contra decreta Conc: Trid. faciunt

Item si moniales professionem fecerint, anteqz iterum ab Ordo examinentur contra Conc: Trid. faciunt, qui casus si euenerit, tenetur Ordinarius explorare uoluntates, earum quæ habitum tm susceperunt

De illis autem sacris uirginibus a quibus non solum habitus est susceptus, sed iam professio facta est, etiamsi examinatæ non fuerint, nihil Ordinarius prefatus debet sciscitari, sed permittat eas in suo statu manere, et prout Concm Trid. statuit

In Abbatissis aiaduertere oportet, debentqz per eundem Ordinarium, moniales, earumqz Superiores admoneri, ne ullis uirginibus dent sacrum habitum, ac multo minus patiantur in religne profiteri, nisi prius uoluntas earum perspecta sit, et explorata ab eodem Ordinario, contrafacientes poterit Idem Ordinarius coercere non solum penis a Conco Trid. statutis, et prescriptis, sed etiam Ecclesiis censuris, et alijs iuris remedijs, non obstantibus, quibuscuqz priuilegijs

Postqz Epus hac de re certior factus fuerit infra xv. dies examen perficere tenetur, quibus exactis amplius in eo se non intromittat ex sacra Congregatione

Sumptus a monialibus in professione, et uelo sumendo faciendi taxentur ab Ordinario, et definiantur rebus necessarijs, pecunia uero reseruata, ad earum uestitum, in ingressu detur Abbatissæ

Virgines antequam ingrediantur adducantur ad matronas honestas nō sanguine illis coniunctas, neqz aliquo modo suspectas, ubi remotis omnibus earum propinquis examinentur ab Epo de sua uoluntate.

Sess: 25. de Regul. c. xvij.

Non admittitur hic puella ad professionem ante annum sextum decimum completum. Quid igitur de puella in duodecimo aetatis suae anno, matrimonio coniuncta, religionem ingressa sit, cogetne sponsus per annos quatuor expectare dum illa profiteatur, an permitti possit transire ad alia vota, ubi illa per annum in illa religione remanserit. Responsum fuit a Sacra Congreg.ne conc.i anno 1588.

§ Anathemati &c. Inclusa per vim ad monrium, inde debet eduei et si quid damni ob eam cam passa est, curare debet ut indemnitati eius provideatur, idq; impensis eorum, qui talem vim intulerunt, qui etiam severe castigari dnt

§ Simili quoque anathemati &c. Quelle que moniales effici volunt desiderij sui faciende sunt compotes, licet earum pater contradicat.

ver. Coegerint aliquam virginem &c. Quid si pater naturalem filiam ea lege instituit heredem, ut monrium, et nisi ingrederet instituit monrium, et filie reliquit pro alimentis aureos 25. videtur quod per hoc mulier sit coacta, et sic habeat locum iste textus, hic loquitur per verbum (coegerit) et de vi incussiva, que cessat in casu predcto in quo non potest considerari alia cā quam inductiua, quia ista filia erat naturalis, et nihil de hereditate paterna poterat pretendere, et mens Testatoris videtur fuisse ut eret monrium heredem, et ita Censuit Congreg.° die 18. Junij 1573.

§ Quicumque Regularis &c. Non dentur prorogationes Regularibus qui manserunt in religione per quinquennium, vivo non audiantur, qui exierunt ante Conc: Trid: Confirmationem non audiantur nisi iuxta formam Conc: Trid. et fiat formularium huius expeditionis.

— De iis qui exire volunt, committatur Ordinario loci simul cum Superiore monasterii ubi emiserunt professionem

§ Nemo etiam Regularis &c. Transitus ad parem, vel arctiorem religionem non fiat nisi cognita causa transeuntis et vitam ac morum honestatem, idque ex approbatione capituli Generalis

Quidam vir hispanus propter publicum uxoris suae adulterium, illam dimisit, et in partibus longinquis sub Ordinarii obedientia ex brevi Pauli 4. vitam Eremiticam per multos annos duxit, qua relicta, ingressus est religionem s.ti Basilii, ubi per quinquennium demoratus est, ibique permansus est, sed ante religionis ingressum, semel adulterium commisit, demum examinata eius vita a Prelato religionis praedictae, cui omnia peccata confessus est, quibus auditis Prelatus, eum habitu privavit, ut ad uxorem rediret, aut aliud remedium peteret, maxime quia ex statuto illius religionis, uxoratus in ea profiteri non potest. S.mus mandavit quid agendum ad instantiam dicti viri.

Congregatio censuit scribendum esse Ordinario loci dictae uxoris, qui prout iuris est, iure procedat, sed si iste casus decidebatur Ill.mi DD. inclinabant, quod mulier cogeretur repetere virum aut ei prestare consensum, ut in Religione remaneat, et ipsa quoque religionem ingrederetur iuxta notata per c. Agathosa 22. q. 2. tangitur hec questio per Abb. in c. Constit: et in c. veniens, de Conver: Coniug:

Sess: 25. de Regul: c. xx.

Vers. Regimen exercent. §. Quaerebatur an ubi monasteria comendata habent certum numerum professorum, et novitiorum, quibus decedentibus, in loca praemorientium ad portiones perpetuas vacantes alij subrogantur ius admittendi novitios ad loca predicta, et ad alias portiones perpetuo instituendo pertineat ad Priores et monachos ex hoc decreto, vel ad Comendatarium, quibus talium monasteriorum regimen, et administratio spiritualis, et temporalis plenissime comitti solet. Congregatio Conc: die xiiij Augusti 1586. censuit tale ius ita demum pertinere ad Comendatarios, si monasteria non existant sub aliqua Congregatione habentes suos regulares Superiores et consuetudo Comendatariorum non excludat, licet ex pluribus videbatur dicendum hoc pertinere ad Comendatarium

Hodie ex bulla Pij V. in favorem mendicantium edita, monasteria omnes, que pleno iure Episcopis non subsunt, et Regulares, sunt exempti et liberati a Superioritate, Dominio, Iurisdictione Episcoporum, iuxta ipsorum Regularium privilegia, apostolica Sede bulla fuit reducta ad viam iuris, et terminos Conc. Trid: per Gregorium xiij.

Sess: 25. de Regul: c. xxv.

Omnia priuilegia Sedis Apostolicae, etiam Maris magni, quae sunt contraria Conc.º Trid. sunt sublata, et ad terminos Conc: reducta, Pius Constitutne, In principiis Apostolorum, edita anno 6. Pontific:

Ad hec omnes ij. ✝ Decretum est ut fiat bulla, que in omnibus Gymnasijs Laos omnes iubeat profiteri Catholicam fidem iuxta tempus a bulla prefinitum, et eos qui doctoratus insignibus ornandi sunt non prius ornari, quam examinata sit eorum fides et vita Catholica, de quibus vibus fiat processus in forma gratis per promotores in Collegio antequam approbentur ad assumptionem gradus

Epus debet auct. propria curare, ut professio fidei iuxta formam bulle Pij fiat ab his qui in Gymnasio dioc. sue gradus doctoratus deposcent, in reliquis omnibus, ut in pta bulla seruetur que incipit. In sacrosancta ✝

Irriti sunt doctoratus, in quibus adhibita non fuit professio fidei iuxta bullam Pij 4. iam dtam

Idem Pius 4. per aliam bullam ad hanc fidei professionem teneri uoluit omnes doctores, magros, Regentes, et alios cuiuscumque etatis et facultatis professores, siue Clerici, siue Laici illi sint, uel cuiuscumque Ordinis Regulares, qui docere, uel promoueri uoluerint

Ordinarij eorum locorum ubi studia uigent, negligentes, a doctoribus hanc fidei professionem exigere, puniendi sunt

Ad emittendam fidei professionem tenentur vés docentes artes liberales, qui antequam ad docendum admittuntur possunt arbitrio Epi prohiberi, donec de eorum moribus informationem sumpserint

Idem dicendum de ijs, quibus per aliquam vntem tepsm concedit, et hoc non solum bulla Pij 4. sed etiam Conc: Trid. decreto conforme est

Congreg. censuit bullam Pij 4. de edenda fidei professione locum etiam habere in docendis primis principijs Gramatice Arithmetice, Musice, et aliarum artium, licet publicam scholam non faciant, sed in proprijs domibus doceant, et super hoc faciant informationem, et processum sumarium quantum Epo sufficere uidetur, Quoad penas uero in eadem bulla contentas, censuit, In locis in quibus non sunt Gymnasia publica, dtam bullam non uideri eas Ordinarijs imposuisse, si pa-

tiantur aliquem quoquo modo docere lras, priusqz fidei professionem faciat

Quamuis excomunicationis &c. Epus in fulminandis excoi,, cationibus se gerere debet ut a Conc: Trid. statuitur, nec potest procedere ut Sedis Aplicę Legatus, nisi in casibus ab eodem Conc.º expressis

Ver.º Sobrie tamen &c. Gladius excomu.nis maxima cum circumspect.ne est exercendus

§ Quapropter excoicationes &c. Vicarius Gnalis, et ad id facul, tatem habens ab Epo, potest sine preuia cognitionis facta ab ipso, met Epo excoicationes ad finem reuelationis pro rebus dispereditis decernere, dum tn̄ ipse Vicarius causę cognitionem adhibeat uel alij dubitabant ex illis uerbis A nemine prorsus preterq̄z ab Epo. quia taxatiua alios excludit Congreg.º iterum sub die XXV. Fe, bruarij 1583. primam firmauit resolutionem

Stante hac declaratione, querebatur, an eadem potestas competat Vicario Capli Sede uacante. Congreg.º die XIIIJ Augusti 1586. censuit affirmatiue, quia ad Caplum transeunt ea quę sunt Jurisdictionis accessiue, ut est excomunicatio

Epus non pōt excludere excom.nes que ad finem reu.nis ut aiunt fieri solent hntibus benefijs, quę sint nullius Dioc: minusq3 pōnt concedi ab obtinenti dtūm beneum, sed confugendum est ad Sedem Aplicam, si quando his excoicationibus opus habebut

Jn locis exemptis, que subsunt immediate Sedis Aplicę, cum nullus alius Epus possit in eis ferre excoicationem ad effm reuelandi, quia non hnt in eis iurisdictionem, recurrendum est propterea ad Sedem Aplicam sic Congreg.º ex sntia Pij V. die. 6. 8bris 1570. censuit

§ Preterq̄z ab Epo &c. vel Vicario ex spali mandato non alias

§ Jn causis uero Judicialibus &c. Excoicatio lata a Judice Ecclaco priusq3 legme constet de impedimento uel perturbatio, nibus, propter quas non potest deuenire propterea ante ad exe, quutionem realem, uel personalem, est ualida, et qui tali excoi cationi ligatus existit, indiget absolutione, dnt tn̄ Ordinarij curare, ut in excomunicationibus proferendis obseruent.r decreta

Conc: Trident: Sess: XXV. de Reform: c. iij.

ver.° Permultas pecunias § In multis que ex ordine Conc: Trid: sunt applicandę locis pijs, Idem Conc: est seruandum.

§. Excõicatus uero § Excõicatus tamq͂ contumax, pro contum.ª si compareat coram Ordinario, et sit paratus stare Juri, debet per eundem absolui.

Presupposito quod sint obligati insolidum in forma Cameræ pro eodem debito, et quod contra unum tm̃ poss.t deueniri ad exequutionem realem uel personalem, an contra alterum contra quem non potest fieri exequutio realis uel personalis, possint ad instam creditoris insolidum relaxari censurę. Congreg.° die xij. xbris. 1585. censuit negatiue, quia hodie remedium censurarum est subsidiarum, ex hoc cap. iij. ideo illi non potest esse locus, qñdo alia uia poterit esse consultum, sed in nostro potest esse consultum per exequutionem realem, ergo

An si Judex deficientibus alijs remedijs uelit excõicare Canõ.cos ex Conc: Sess: XXV. de Reform. c. iij. uerb. Quod si exequ.° realis necessarium sit, ut ex actis constet realem, uel personalem exequutionem fieri non posse, an uero sufficiat hoc extra Judm loqui

Congreg.° censuit debere ex actis constare, sed quod sufficiat probari per nuntij relationem exequi non posse

Sess. 25. de Reform: c. iiij.

§ Contigit / Caput hoc intelligendum est de missis tm̃ non de aliis suffragiis

§ An testatoribus prescriptis / Hoc non intelligitur de missis in fundatione impositis, sed derelictis

Statuit s.ta Synodus § et Caplo uniuscuiusq Eccliae Colle-
giatae ea omnia obseruari dnt, quae decreta sunt c. 6. Sess. XXV
de Reform. a Conc: Trid. et sub noie processus etiam intelli-
gitur prima citatio

§ Capla Cathedralium § Congreg.o censuit hoc procedere
in Capitulis exemptis tantum

vee. Processum § Aliter tamen censuit Congreg.o quod a Caplo
uniuscuiusq Ecc.ae Collegiatae ea omnia obseruari dnt
quae decreta sunt c. 6. Sess: 25.

§ In criminibus tn § Epus potest exigere Can.cos et alios
suae dioc: delinquentes sine Capli interuentu, et decr: c.
6. Sess: 25. de Reform: Intelligitur dumtaxat de Caplis
a Iurisdict.ne Epi. abntes. Idem saepius declarauit Sacra
Congregatio

Qui si aliquid § Epo ex decreto Conc: Trid. c. 6.
Sess: 25. de Reform. quoad conuocationem Capli spectat
ea dumtaxat auctas est attributa, ut eo solo casu, possit
ipse suo arbitrio, caplum conuocare, uota exquirere, et
iuxta ea excludere, dummodo non sit actum, de re, quae
ad suum, uel suorum commodum spectat, in reliquis casi-
bus Conc: Trid: nihil noui statuit

Ex decreto Conc: Trid: Sess: 25. de Reform: Epo Ordin.o
eo dumtaxat casu tribuitur facultas conuocandi Caplum quando
Cano.cis aliquid deliberandum proponit, nec de re agit quae ad
suum, uel suorum commodum prohibet, neqs prohibetur eidem quo-
minus caplum suo arbitratu conuocare pssit, etiamsi nulla Capli
uoluntas accedat, in reliquis Conc.m suum unicuiqs ius reseruit

Epus Placentinus non pot Caplum Ecc.ae Cathedralis domi
suae congregare, sed idem debet ad Valuas Capitulares con-
uocare, in quas solitum est semper Caplum conuenire, licet
alio Congregationis decreto, uideatur declaratum, quod
domi suae conuocare possit in casu predicto tantum

Ver: Tribunali — data optione Epo uel Vicario, quo magis in loco uelint procedant, quia optio competit ei, qui ad aliquid faciendum est obligatus, sic Congreg.o die XIX. Febr: 1574 praesertim q.a Epus potest sedere pro tribunali, in quocumqz loco dioc. ubi maluerit sic c. cum Epus, et ibi Doctor, de off: ord. l. 6.

Ver.o Sit prima sedes — Per hec uerba fuit resolutum quod Rector Parochialis Ecclie Ripe Transinonen, quia ex immemorabili consuetudine deferebat aduersus quemdam subiectionem Archiepi in hus tn quibus agendum esset in Caplo de re spectante ad Archiepum, seu eorum comodum, Congreg.o equum censuit ut nec eius Vicarius intersit.

An c. 4. sess. 6. et sess: 25. c. . . procedant in Caplis exemptis tantum, Congreg.o censuit procedere in exemptis

An derogatio immemorabilis de qua d. c. 6. sess: 25. extendatur ad dispos.a d. c. 4. sess 6. Congreg.o censuit extendi

Dubitatum fuit an decretum Conc. hac. sess:, et hoc cap. quo conceditur facultas Epis conuocare Caplum, nisi de re ad suum, uel suorum comodum spectante agatur, sit intelligendum, quando res ad se, uel ad suos, suo priuato noie pertinet, an uero et si pertineat rone dignitatis Epalis. Congreg.o censuit quod Epus non poit conuocare Caplum in illis casibus in quibus ille Iudex est non pot, et si de re spectante ad Epalem dignitatem pot esse Iudex, conuocare pot Cap. facit Abb. in c. Venerabilis. de censib. in fine

An ad Epum uel alium Superiorem pertineat facultas procedendi contra Caplares, quando Uniuersum Caplum deliquit, et dato quod ad Epum pertineat

An de consuet.o et assensu duorum ex Caplo procedere teneatur iuxta c. 6. sess 25: Congreg.o censuit ad Epum pertinere dictam facultatem procedendi et absqz adiunctis qndo totum Caplum, deliquit, modo delictum non sit in persona Epi, uel ubi Epus habeat interesse, per. Gloss: in uer: per Caplum in ultimis uerbis c. Irrefragabili de

vff: ord: et in .§. Ceterum d. c. Irrefragabili in ver: Super hoc ver: hec non videtur, et non obstat tex: deo .§. Cete=
rum per illam dictionem (maxime) quia ibi est casus spealis

§ In Coadiutorijs § Epo enim petenti, ut poßit facere Coad=
iutorem in Abbatia, quam in Epatus resign: retineret, con=
cessum est, ut eligat Vicarium ad vitam, vel Coadiutorem.

Sess: 25. de Reform: c. viij.

ver Ultra triennium deinceps cõmittatur. Congreg.^o censuit com-
prehendere hospitale, cuius, a trecentis annis et citra, collo
et instit.^o in perpetuum titulum dari consueuit, quia Conc. m
excipit vnum casum, dumtaxat, quando aliter in fundatione
cautum non est.

In Comendam. Petente Card.^le de Pisis, ut hospitale
Placentin uacans morte eius familiaris, sibi saltem ad sex men-
ses cõmendet.^r, Congreg.^o censuit dandum ei in custodiam ad
quatuor per breue, ut postea de idoneo viro prouideat, ex hoc
decreto, modo ipse nullum inde fructum percipiat, sed, vos
in vsum hospitalis conuertat.

Proni autem beneorum &c. Congreg.º censuit non compre//hendi pronum, qui erat pr., aut Administrator bonorum beneati

ver.º Fundatione uel dotatione &c. Die 4 Februarij 1581 Congr.º Concilij censuit hec uerba accipienda esse disiunctive, nam sufficit alterutrum probare s. uel titulum ex auten.co documento siue multiplicatas presentationes ut in Conc.º

ver.º Ostendatur &c. An satis sit asserenti sibi competere ius pronatus ex fundatione, et dotatione si in una, aut altera presentatione de anno 1554 et 1561 que effectum sortite fuerint osten//datur, Congreg.º censuit non esse satis, die X. Febr: 1561.

ver.º Temporis cursum &c. Hec uerba censuit Congre.º die 4 Feb. 81 intelligenda esse, prout de Iure

ver.º Reliqui &c. An Pronatus in Conuentuali Ecc.a conseri debeant sublati hoc versiculo / Reliqui, Congreg.º die 4. 8bris 86. censuit esse sublatos pronatus ex priuilegio, non autem ex fundatione uel dotatione

Querebat.r An h.us binas presentationes post Conc. Trid. sit tutus, ut etiamsi nullo auten.co docum.to doceat sibi competere Iuspronatus ex fundat.ne, et dotatione, uideat.r in uibus et per omnia approbatum hic a Conc.º die 4 Feb: 81, Congreg.º censuit hic locum in possess.o

ver.º Concessa &c. Saper hoc uerbo si quidem Epus dicens, Ius eligendi quod ex consuetudine competebat quidam Capitulo cuiusdam Ecc.ae Collegiate ad Canonicatus vacantes, per Conc.m hic esse sublatum, quod falsum est, et fuit ab Ill.mis Con//gregatione reprobatum, nam tex: iste restringit se ad ius eligendi in Iure comuni capitulis competunt cum Prelato inferiori

An ad probandum priuilegium pronatus in Conuent.li Ecc.a ex ca fundationis, et donat.nis et quidem in cuius limina fundationis concessum fuisse sufficiat immemorabilis iunctis multiplicatis pre//sentationibus, que secundum formam Conc: hic c. 9. effectum sortite fuerunt, stante deroga.ne inculte posita, Congreg.º die 4 Xbris 1586. censuit, affirmatiue ex uerbis tam in primo, q.z in secundo cau

Et intelligebant hoc dubium quando non habetur privilegium, et postea subsequeretur immemorabilis cum dtis pntationibus credere non sufficere

§ Quod si ad superiores § Quando Concm. hic se remittit ad statuta alias in hac Sta Synodo, intelligit textum Sess: 7. c. 13. dempta illa lrã A. ut sit sensus, beneum Iurispronatus quantumvis simplex, licet pot ab inferiore institui, tn semper Epi requirit examen sic Congrego. die. 18. Junij 1573.

Inferior qui pot instituere, non pot examinare, et approbare pnta, tum, sic maior pars Illmorũ alij vero dicebant posse examen fieri ab inferioribus Prelatis dumodo sint Ordinarij, et habeant iurisdictionem tpõralem, et spualem in subditos, quia illi veniunt appellatione Prelatorum, alij vero, qui nituntur privilegijs, hic revocantr per Concm. in fine

Qui tempore quo se ingerit, et fructus exigit, non est in actu pntandi, sed Pronus impotentia, puta, quia de pronum familia non habet locum in hoc capite, sed alia pena puniri poterit, quia bona aliena invasit, vel surripuit, sic Congrego. in una Muran

Quid si pronus velit conducere a presentato bona Iurispronatus et quia verbum ingerere, est per viam illegitimam, titulus vero locationis est legitimus, maior pars Illmorũ respondit affirmative

Sess: 25. de Reform: c. x.

An is qui tempore Commissionis reperiebatur constitutus in dignitate, et designatus inter Iudices Synodales, si eam resignauerit, possit de eadem causa cognoscere, uel potius qui eam dignitatem obtinuit, uel neuter, Congreg.ᵒ censuit die XXI. Maij 1587. etiamsi eam resignauisset de eadem causa cognoscere, quia sufficit ab initio fuisse capax.

§ Non sunt ferendi qui Decime personales persolvende sunt ijs a quibus percipiuntur Sacramenta

Sess: 25. de Reform: xiij.

§ Decernit S.ta Synodus § Unusquisq. potest sepulcrum sibi quodcumq. voluerit eligere, modo quartam funeris sue parochie persoluat

Quoties cadauera ad Ecclesiam fr.um mendicantium deferuntur officia mortuorum, et reliqua munia, que in huiusmodi misterijs adhiberi solent, non a Canonicis, neq. a Clero, sed ab ipsis fribus peragi debent

In priuilegijs, que S. D. N. mendicantibus concessit, ea mens fuit, ut parochi inuitentur, ut quoties eorum parochiani in Ecclesijs ipsorum mendicantium sepelientur, presentes intersint, ac propterea tertiam partem consequantur rerum omnium, que ab heredibus defunctorum pro funeralibus dantur, ut in Clem: Dudum. de sepul: sancitur; Ista declaratio loquitur de priuilegijs a Pio V. concessis in Bulla, cuius principium est, Et si mendicantium publicata Calen. Junij. 1567.

§ Ac postea fuerit § Item si ante 40. annos dummodo priuilegio non sit in usu, Non potest Ep.us applicare fabrice Ecc.ae sue census, aut liuellos, quos Rectores Ecclesiarum possident, nec prohibere quin dicti Rectores accipiant sponte oblata ab herede defunctorum

A dispositione Conc. Trid. in hoc c. 13. Sess: 25. non sumitur argumentum in contrarium, quod a Monasterijs edificatis ab annis 40 citra non persoluatur quarta funeralium Ep.o, nisi Monasterio per eiusdem applicam ad solutionem huiusmodi quarte partis funeralium non teneantur

Sess: 25. de Reforma: c. xiiij

§ Quod si a superiobus moniti ∫ Specialiter non autem generaliter, puta per edictum

§ Ab ijs se non abstinuerint ∫ Tertiam intellige in secundo deliquerint

§ Tertia parte ∫ Pena hec non transit ad successorem in beneficio si priuatus resignat.

§ A sacris Canonibus ∫ Vtroni pont si ad vos spectat presentatio alicuius beneficij per concubinarium detenti, uel alij laici Parochiani pro suo interesse, quia ab eis percipiunt Sacramenta eos accusare, quin immo pot Ordinarius procedere contra ipsos prout de Iure, non expectata forma huius textus, et ui huius lre ex Congregationis sntia

Ver. Hunc beneficijs ∫ Si resignatio Parochialis uere fuit Rome expedita antequam Ordinarius resignantem titulo, ac beneficio dte Parochialis priuaret, eadem dta Resignatio suum effectum sortiri debet, nec etiam pot Ordinarius infringere nec aliquam Ecclesie pensionem imponere

Non Archidiaconos ∫ Congregatio censuit hoc non intelligi in immemorabili

3 Vt paternæ § Caput hoc cuius vigore filij illegitimi arcent^r
a beneficijs quæ in Ecclia sunt, in qua fuit beneficiatus eorum pr,
locum non habet, nisi in filijs, qui mortuo pre, benefa in eadem
Ecclia impetrare uolunt, et in illis qui vna cum pre in pnti
recipiuntur, obtineri in eadem Ecclia

Concm Trid: in decreto de filijs presbiterorum, qui non pont
hre beneficium in Ecca, in qua pr eorum ad pns mortuus, non
ligat eos qui obtinuerunt ante Concij Trid: publicationem, be,
neficium in Ecca in qua habuerat, uel tunc tpris habebat
eorum pater

Habens Canonicatum in Ecca. in qua pr eius similr Canotus
obtinuit, non pot in eadem Ecca de Canotu ad dignitatem ascendere.

Filij presbyteri decr hoc Conc: Trid. non prohibentur retinere
beneficium legime obtentum in eadem Ecca, in qua fuit beneficiatus
eorum pater qui ante publicationem eiusdem Conc: e uita migra,,
uit

Ver. Beneficium obtinere § Filij illegittimi Clericorum non prohibent^r
a Conc: Trid: cum patribus habitare

Concm. Trid: non prohibet quin pr et filius pont celebrare
missam in eadem Ecclia dumodo ambo non obtineant beneficium
in ea, sed id fiat ab alto deuotionis gra, ab alto ca legti, quod
relictum sit missam celebrantibus

Ad Epum scribat^r ut desinat molestiam exhibere illegmo presbytero
celebranti missam ob quoddam legatum in eadem Ecclia, in qua pr
celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficium, et hic casus
non sit prohibitus a Concv.

Ver. Nec pensiones § Decretum hoc non obstat, quin filius presbyteri in
cuius fauorem fuit imposita pensio ante Concm. Trid. super partem
quam tunc pr eius resignauit, possit exigere predtam pensionem

Idem decretum locum non ht in ijs filijs presbyterorum, qui pensiones
super beneficio a pre obtento ante Conc: Trid. confirmationem obti,,
nuerunt

De illegmo N. habente beneficium in Ecca, in qua pr ht, sed pre defectu:
et nunc, et antea semper in alia Ecca, ut sibi pont retinere uel resor,

uare pensionem, nihil obstantum est

Cum N. portionem habentis in Eccl.a in qua pr uiuit, cum regressu eius qui resignauerat, permissum est resignet reser.ta sibi pensione, modo beneum maneat liberum ei qui regressum habet.

Cum filio obtinente pensionem in Eccl.a N. in qua pr habuit Canon.tus quem resignauit visum est dispensandum.

Filius illegimus presbyteri dimidius beneatus in vna Eccl.a in qua pr eius olim beneum habuit, non potest ascendere ad integram possionem

Filius presbyteri illegimus non potest obtinere beneum, quod olim suus pater absque legmo titulo, et minus pacifico possedit, die 4: 7bris 1586.

§ Quod si in pnti ⁊ In petitione presbyteri N. de resig.ne Canon.tus nepoti coadiutori quod ideo fit ut eius filius poit obtinere quem habet in eadem Eccl.a Canonicatus visum est dandum spatium sex mensium filio ad permutandum, ut tn interim ab Eccla omnino obtineat.

Illegmo hnti beneum primo[r]diale, quod permutari non potest in Eccl.a in qua idem pr habet, sed non seruit iam diu iacens in lecto Paralyticus, concessum est ut retineat, qui non potest permutare.

Spurij petentes in posterum de transitu ad honorem, afferant testimonium, et Epi comendationis, et maioris partis sui Capli postulantibus, ut dum viuit alter, uel pr, uel filius, poit ire ad aliam Eccl.am illo mortuo de Consensu Epi et Capli liceat ad primam Ecclam redire, concessum est

Stante sup.ta declarat.ne quod Conc.m non comprehendat nepotem legmum ex filio siue filia illegmis respectu beneij quod Auus obtinuit, procedat etiam uiuente ipso Auo, adeo ut Nepos ex filia illegma, siue illa uiuat, siue non, poit obtinere pensionem super beneo parochiali, quod Auus possidet, Congreg.o die 13 Martij 1586, censuit negatiue, ut arceatur memoria Auitę incontinentię licet omnes Illmi dixerunt contrariam opinionem esse de iure veriorem de sententia Rotę

Cardinali N. dubitanti, an Nothi point parochias obtinere, visum

est responsum, Conc. Trid. non esse loquutum

Ubi eorum pres. Dubitatum est an filius illegitimus laicus qui in Ecc.a in qua pr. nec beneficium habet, nec pensionem, sed ut Cantor musice tm in ea Ecclia cantat, prohibeatur per istum textum. Congreg.o censuit sub die 2. xbris 1574 affirmative, quia Conc.m dicit Nec in eis quoquo modo ministrare. eadem enim est ratio, sive ministrat in off.o uel in beneco

Cogatur filius. Quotiens filius qui pr cogendus est resignare, hinc dubitatur, deberet moneri prius, et nisi monitus fuisset, hic locum hec priuatio, si infra tres menses, filius non resignasset, Congreg.o censuit, quod nisi infra hoc trium mensium spatium, et sine alia monitione resig. et filius ipso iure uacare censeatur, quia lex posuit tpus infra quod liberum erat filio resignare

Fuit quesitum in quo differat hoc decretum a iure coi, Responsum est, quod in quinque, primo non solum raone successionis prout de iure coi, sed etiam ob incontinentie paterne memoriam, inualuit hec prohibitio, 2.o quia talis memoria longissime arceatur, primo non solu immediate prout de iure coi, sed etiam mediate, contra Abb. c. Dilectus n.o 2.o eo tit.o 3.o quod non solum prohibetur successio in beneco eodem, sed in alio quocunque etiam dissimili, dumodo sint in eadem Ecc.a contra ius comune, de quo per Abb: in c. Ad abolendum post principium. 4.o quod nondum prohibetur filius obtinere beneficium in Ecc.a in qua pr obtinet, sed etiam ministrare, contra ius coe, quo tm pri ministrare prohibeatur. Abb. in d. c. Cum decorem. 5. quod nec pensiones super fructibus benecorum, que parentes eorum obtinuerunt, uel obtinent, habere poterunt filij

Hinc dubitatur, an habeat locum Conc.m si pr obtinuit beneficium, et lras expediuit, ac cepit possessionem per procurem, sed in Ecc.a numquam ministrauit. Congreg.o die 13. January 1574. censuit, quod sic, quia per prouisionem acquiritur ius in re, et causatur uitium in persona filij per pris intitulationem. Abb. in Transmisse n.o 6. eodem tit.o de fil: presbit.

Si uero per solam Suppli.nem pr obtinuit beneficium, nec lras expedierit nec possessionem ceperit, secus censuit Congreg.o quia ante lrarum

confectionem, gratia non est perfecta sed informis

§ Ubi eorum patres, Et hunc locum sacra Congregatio censuit procedere non solum in filio respectu patris, sed in Nepote respectu Avi, propter verbum (longissime) quod excludit unam personam mediatam ut dictum est

Dubitatum fuit, an presumpta dispensatio in qua fundatur Regula de Triennali habeat locum contra hoc decretum ita ut possidens tenetur contra dispositionem huius cap. ex aliqua sumpta dispensatione suam professionem tueri valeat, Congregatio Conc: tenuit negative die XXX. Junij 1586. quia dicta Regula requirit titulum coloratum ut late in c. 4. Sess: 7.

In Civitate Leodien sunt plures Collegiatae Ecclesiae quarum Decani, et Canonici vigore statuti, accedunt ad certas processiones, in certis festivis diebus anni ad Cathedralem, et inibi canunt unum versiculum, et Collectam hoc stante fuit pluries dubitatum, an valeat electio facta de filio illegittimo ad Decanatum unius illarum Collegiatarum, cum pro ea teneatur prestare in Cathedrali in qua eius pater Canonicus fuit, Congregatio ter censuit filium prefatum illegimum incapacem esse talis Decanatus, quia quoque modo inservire dictae Cathedrali videtur et quia Emus mandavit, Iterum partes audiri, tamen Congregatio stetit in decisis

§ Qui uero pugnam &c. hoc etiam locum habet in priuatis duellis que fiunt sine alicuius Principis auctoritate et consensu, et sine priuis

Qui ex condicto statuto tempore, et in loco conuento cōmiserit, etiam si nulli primi sociique ad id uocati fuerint, nec loci securitas habita, nulleque prouocatorie lrē, aut denuntia-tiones, chartulaeqꝫ precesserint, censuris et penis a Conc: Trid: propositis, perinde tenetur, ac si pub.co et cons.to abusu singulare certamen iniuissent, Greg.s XIIJ. in bulla que incipit, Ad tollendam detestabilem duellorum, pub.ta die IX. Xbris 1582.

§ Illi etiam qui Cons.m &c. Locorum dni si certamen ex condicto huiusmodi permiserint, aut qntum in se fuerit non prohibuerint, uerumqꝫ fieri illud mandantes, instigantes, auxilium, consilium, uel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, Commeatum, et alia subsidia scienter subministrantes, aut ex composito specta-tores, uel socios quouis modo se prebentes, eisdem penis sub-iaceant, etiamsi illi qui ad locum destinatum pugnari accesse-runt, impediti, pugnam non cōmiserint, si per ipsos non ste-terit, quominus illa cōmittatur, Gregorius XIIJ. in eadem iam dta bulla

In Bulla Pij 4 confirmationis Conc: in illis uerbis, (ullumue oino interpretationis genus:) Propter ista uerba fuit dubitatum a Congrem. Conc. An ea quo Pius 4 in erectione dc. Congremis uidetur tm deputasse eam ad exequutionem decretorum Conc: non aut interpretationem, et amplius ibi dixit quod si aliqua dubietas subueniat, ad Stem suam referret, et in hac Bulla hanc facultatem interpretandi etiam sibi reseruat, An Congreg. incideret in istam censuram, decidendo multos casus propositos in quibus Conc: ab ea declaratu interpretatum uidetur, absqz eo quod ullam relationem Smo fecerit. Et cum Congregr. hac de re consuluisset S. D. N. Pium Vm. Stas sua dixit se non credere quod Congreo. incidisset in hmoi censuras, qm opinabatr quod hec prohibitio eos tm comprehenderet qui proprio ausu presumpsissent interpretari, ut illa uerba (audeant interpretari) incidat Tn ad abundantem cautelam absoluit pro preterito Congrem. pro futuro aut dixit quod dabat facultatem Congrem. ut absqz alia declaratione poet decidere casus quos Congreo. tanquam claros putauerit decidendos, quos uero tamqz dubios putauerit referendos, Sti S. referat prout etiam sic hactenus fecit

Non expedire decreta Congremis Conc: a PP. confirmari, et publicari. Vide 24. cap. 17. Ilerden.

Julij 16. 1575. facto uerbo cum Smo per Vrs: Alc: Sen: et eius mente perspecta, deinde anteqz cum D. Datario 27. Julij 1575. Congrego. p. V. S. A. S. censuit Supplicaones vros Mrimoniales, dispensatoes Regularium per uim et metum, Prouisiones, Cantus, et Parolis, Resignationes Parochi: et Cantus cum pensione. Oratoriorum domi studiorum causa non esse amplius proponendas in Congregne, sed recta mittendas ad D. Datarium

Pro facultate Congregmis particularis Conc: Trid: 18 Maij

1576. presentibus S. + Vrs: Ale. Sen: S.tas sua declarauit, ut non solum in preteritum expedire potuerit, et in futurum etiam possit casus alias decisos in Congreg.ne gnali, sed etiam eos quos pro claris habuerit, ex sntia vium qui interfuerint dicte Congregationi

Prima Julij 1576. cum in Congregatione particulari S. + Vrs. Ale. Sen. retulisse supra verba, dixerunt, ita S.m declarasse, Et licet aliquis ex Card.bus dixerit, quod non meminerat S.m protulisse illam dictionem vium, et quod satis erat quod maior pars consentiret, presertim cum in casibus preteritis contigerit aliquid decretum fuisse vno aut altero contradicente, tn postea placuit vibus, ut dictio vium maneret, quia etiam si contingeret aliquos contradicere, tn si viderent plures contrastare, illis placuit se remittere aut ad gnalem reijci impetrare

Sessio Quarta

Decretum de Sanctis Scripturis

Etiam quod esset sola periodus, sola clausula, vel membrum, vel dictio sola, aut syllaba, iotave unum, quod repugnaret vulgatæ latinæ editioni, et acriter reprehendendus est, Vega lib: 15. cap. 9. de iustificatione quod tam audacter loquutus est de hac re, Quo ad oppositiones contextus, Græci aut Hebraici cum latina vulgata editione, Congre.o id remisit ad 3.am rlám Indicis sub Pio 4.o edit.

Sessio Quarta

Euulgant. & Et lectiones, annotationes, disputationes, Conciones, et alia similia, nec non tractatus pertinentes tū ad devotionem, tum ad quietationem conscientiarū stimulatorum frūm, et cetera huius, que sibi inuicem coīcant frēs

Innouat § Et super huius opinionis alteratione nullas litteras duplicas esse promulgandas, cum sufficiant illae Sixti Quarti

[illegible]

Sessio Quinta de Reform: cap. primum

Provisio nulla sit et invalida § Eandem facultatem habeant Ordinarii in Ecclesiis Collegiatis in eisdem terminis Conc: quando inferiores Ordinarii illarum Ecclesiarum fuerint negligentes.

Prebenda quocunque § Intelligitur etiam prebenda cuius fructus omnes consistunt in distributionibus quotidianis sicut reliquae. Quando Clericus secularis idoneus non reperitur pro dicta Prebenda, statuerunt Pius V. et Gregorius XIII collationem huius Canonicatus suspendendam esse, donec inveniatur idoneus Theologus secularis fieri potest, Interim nullum esse deputandum custodem aut curatorem fructuum ipsius Canonicatus, sed eos omnes tradendos superiori alicuius Monasterii qui curet ut aliquis Theologus ex suis Regularibus publice in Cathedrali Ecclesia doceat Sacram Scripturam prout hic mandatur, eique in primis necessaria subministret ex dictis fructibus, Quod reliquum erit in usum Monasterii convertatur. Dicitur in c. maioribus de praeben. et magis in termi. glo. in c. quod nonnullis de magist. in verbo prebenda.

Et deputata intelligatur § Cuius collationem Concilium reliquit illis ad quos ante Concilium spectabat.

Electio vero soli Episcopo competit quia a Conc. in hoc decreto cum de substituto idoneo deligendo agitur soli Episcopo datur electio et adiuvat exemplum Poenitentiarii licet sit conceptum aliis verbis, Nec successori praeiudicium factum est si aliter per praedecessorem fuit servatum, et id intelligendum de iis Canonicatibus Theologicis qui erecti non sunt ante Conc. Trid: secus si ante vero erecti, tunc servandum est quod ante Conc: servabatur. Ita Congregatio in una Bituricen. censuit cum Consilio Capituli, si tamen ante Concilium in collatione requirebatur.

Et non debentur distributiones quotidianae pro illis horis quibus legit ex dispositione iuris com., Doctores post glo: ult: in c. quia nonnulli de magist: quos dixit sua non loqui res,

pretu illorum lectionum, qui in Eccl.a sua legit ut facit iste de quo in hoc textu, et ita S.D.N. Gregorius xiij. undecim relatione Congregationis ex gra. illarum esse distribuendarum non solum pro illis horis ut si mane legit pro horis matutinis et missa solemni, sed etiam pro tota die, reddit saepius consultus.

Nec talis deputatio et constitutio habet locum in dignitatibus et praebendis s. sed. ap. dispositioni reservatis, et afficit tib.

Idem, si in plurib. mensibus Cardinales habent indultum a Sede apl.ica

De Consilio Capli. § Hacque verba tamen ad proxima sunt refe-renda, cum agatur de assignatione et contributione.

De tempore, hora, et materia Sacrae Scripturae, vel Theolo-gia quae in sacra Scriptura continetur, super qua legendum sit, relinquitur arbitrio Ordinarij, Pot. tamen ipse Lectori a lect.e vacare tribus mensibus, Julij Augusti, et Septembris.

Congreg.o consideravit P.o quod proprie loquendo sacra Scriptura dicitur, quae in sacris libris continetur, Biblia, Evangelium, Epistolae Pauli, et Theologia vero dicitur illa Scholastica, quae in libris Scriptorum sacrorum legitur, Aug. Hiero. Thom.

Concilium aut. in hoc decreto, scilicet in p.o videtur respicere ad sa-cram Scripturam tamen, tamen indifferenter postea in subsequentibus, modo Theologiam, modo Sacram Scripturam nuncupat, et propterea cum Conc. de utraque expresserit, de utraque erit intelligendum, sic ut sufficiat alteram legere vel sacram scripturam vel Theologiam Scholasticam. Quod et sensisse videtur Concilium Lateranen., ad quod Conc. Trid. respicit c. quia nonnulli de Magist. ibi, Qui Sacerdotes et alios in sacra pagina doceat, et in his praesertim informet, quae ad curam animarum spectare noscuntur, et sic Theologia scho-lastica, admonendi sunt aut. quod quando isti legent Theolo-giam Scholasticam, puta de usuris, sumendum esset initium a verbis sacrae scripturae, Mutuum dantes nihil inde § et sic in reliquis semper praemittendus aliquis locus sacrae Scripturae,

deinceps uero ad quaestiones et conclusiones scholasticas descendant praetextu illius interpretationis. Item id Consilij et non necessitatis est, praesertim cum in discursu scholastica necesse sit citare loca sacrae scripturae

Non est satisfactum huic decreto si stipendium iam constitutum pro lectore sacrae paginae non sufficiens augeatur, uel per accessivum alicuius Beneficij simplicis uel per contributionem &. quando in illa Ecclesia adesset praebenda, quae pro hac lectione iuxta formam dicti decreti uniri possit

Praebenda quae uacat pot optari, nec illa pot eripi in Theologalem, quia Concilium loquitur de praebenda uacatura, ista non uacauerit, quia preuenta est a iure optandi, et ideo illa sola dabitur Theologo, quae remanebit post optionem

Nec est in optione Episcopi primam praebendam uacantem assignare pro Poenitentiario, licet ratione curae animarum uideatur magis necessarius, sed pro Theologo propter uerba huius decreti ipso facto. Uerum si magis expediens in aliquo loco particulari fuerit iudicatum ut prius de Poenitentiario prouideatur, habenda est confirmatio in hoc a Sancta Sede apostolica ad omnem difficultatem tollendam

Praebenda quae primo post confirmationem Concilii uacauit, et in ipso facto eiusdem Concilii decreto Sess. V. cap. p.^o uer. In Ecclesijs aut pro lectore sacrae Scripturae perpetuo constituta et deputata intelligitur collata fuerit inhabili ad id munus per se explicandum an ualida sit? Rndit S.^{ma} Sentiens hoc decretum Concilii esse conditionatum et requiri prius declarationem et actualem deputationem Episcopi, ut illa praebenda sit Theologalis, ualere collationem praebendae, quae primo post Concilium uacauit factam personae minus idoneae ad sacram scripturam per se ipsum interpretandam si nondum illa praebenda actu fuerat deputata et erecta in Theologalem

Nec potest optari praebenda quae fuit erecta et deputata pro Theologo a sequenti Canonico

In Eccl.a Cathedrali seu Collegiata insigni, que non est numerata, uel clarius, uel que nullas ht distinctas prebendas, Ordinarius ut habeatur unus Lector sacre Scrip.re cum non potuit in huiusmodi Ecclesijs deputari prebenda p.o uacatura, prouideat alia ratione iuxta hoc decretum (Et quatenus in ipsis Eccl.e nulla) Idem erit censendum, si Eccl.a est exempta quod Ordin. poterit hoc facere in negligentiam superioris

Epus pot. supplere negligentiam Superiorum non compellentium ad legendum eos qui stipendium pro huiusmodi lectione obtinent, etiam si Eccl.a est exempta, qui quidem Epus id exequi moneat, terminum prefigat, et elapso suppleat cogendo uel eligendo

Hoc decretum habet locum etiam in Ecclesijs Collegiatis cuius prebende sunt de iure patronatus laicorum, ut deputetur prebenda p.o uacatura concurrentibus iuribus requisitis prout in hoc decreto, et persona non erit nominanda ante uacationem sed electio persone spectabit ad Epum, collatio uero ad quem legitime spectabat ante deputationem predictam

Non potest compelli lector ad ponendum substitutum quando per causam infirmitatis sanabilis impeditur quominus per seipsum legere ualeat, et uero casu quo quis est substituendus, electio substituti ad Epum pertinet

Potest Epus post monitionem et elapso termino ab ipso Epo prefixo compellere lectores sacre Scrip.re in Ecclesijs Collegiatis institutos, qui prebendam, uel stipendium pro lectione habent si inferiores Ordinarij negligentes fuerint, ut ipsi si idonei fuerint legant, uel in deputatione substituti pot. Epus propter hanc negligentiam compellere dictos lectores uel eligere, uel deputare dictum substitutum

Decreto Epi Famagustani visitatoris Ap.lici in Eugubina Dioc. constitutum fuit pro exequ.ne huius decreti quod cum in Cathedrali

nullæ sint prebendæ, sed Canonici suos habeant redditus in quotidianis distributionibus, hæ distributiones pro prebenda intelligantur et sic assignentur Theologo, nisi aliter forte ab Ill.mis Conc. Trid. interpretibus decernatur. Congreg.o Conc. ita censuit et poterit percipere omnes ipsos fructus, qui in distributionibus quotidianis consistunt quæ sunt locupletandæ

Benefica claria non comprehendi censuit Congre.o in contributione de qua in hoc decreto Conc. neqz aliquid de Ecc.a Paroli posse accipi, quod in hanc prebendam Theologalem conferatur, secus uero dicendum de ijs beneficijs quæ sunt membra beneficiorum claricus quæ presbiteris secularibus conferuntur

An Theologus ut qui diuinis pro præsente habeatur diebus quibus legit censendum sit, et pro matutinis quæ ex antiqua Ecc.æ consuetudine dicuntur sero precedenti, pro die sequenti, Congreg.o censuit non censeri

Et sedis Ap.licæ delegati § Quando Epi ex Conc.o procedunt uti sedis Ap.licæ delegati, in casibus quæ sub eorum Jurisdictione ordinaria non comprehenduntur, non pot ab ijs, nisi ad sedem Ap.licam prouocari, neqz ex hoc inferioribus Judicibus ullum fit preiudicium

At quando Jurisd.o delegata cumulatur cum Ordin.a Epus non potest huiusmodi delegationis pretextu declinare Jurisdictionem Metropolitani in casibus illis in quibus ante Conc. tanquam Ordinarius poterat uti eodem iure, eademqz potate, secus uero quando Conc.m non utitur dictione (et) tunc appellatio reseruatur s. sedi apost. Sed quando non utitur dictione (et) et appellatio illius casus iure ueteri, pertinet ad Metropolitanum, An deuoluatur ad Sed: Ap.licam? Congre.o nihil censuit sed dixit amplius deliberandum ex sntia S. D. N. Gregorij xiij.

In nonnullis casibus ueluti in materia correctionis morum ubi Conc.m expresse sustulit appellationem, sublata intelligitur quo ad effectum suspensiuum, non autem deuolutiuum, Quare auctas delegata

que Epis a Conc: tribuit non aufert ius illorum, ad quos legitime interposita appellatio aliàs causa devolveretur.

Compellant ∫ Etiam Cartusiani strictioris clausuræ comprehenduntur sub hoc decreto

Dignioribus Magistris ∫ Nec isti Lectores sacræ scrip.ræ in Conventibus Regularium, sunt examinandi et approbandi ab Epo loci, de vita, moribus et scientia ut infra, cum Conc.m videat.r id committere Capitulis gnalibus, vel, provincialibus, sed si in Eccª pub.ce populo sacra scrip.ta legenda eet, tunc servandum est quod in predicatore statuit.r infra cap. 2. de munere Predicatoris

Et scholares ∫ Non idem in scholaribus qui in Ecc.ijs audiunt

Et fruantur ∫ Idem censendum est de docentibus in Ecc.ijs quod quamvis a serv.o Chori absentes sint, possint tn percipere fructus suorum Canonicatuum, exceptis quotidianis distributionibus, sed ex gra diebus quibus legunt, habendi sunt sicut presentes in Choro, et interessentes, ut declaravit S. D. N. Gregorius XIIJ. ut supra notavimus, sed gaudent etiam isti Lectores sacræ scrip.æ in Eccª illis privilegijs, quibus gaudent docentes in scholis publicis, sed non idem dicendum de scholaribus audientibus hanc lectionem in Eccª

Nec possunt obtinere aliud beneficium incompatibile, nec beneficium curatum, vel residentiam, et legendo deservire per substitutum

Nec concedenda est licentia vacandi a lectione, ut alibi munere predicationis fungatur

Et contra contumacem in non residendo Epus debet procedere iuxta decretum Conc: Sess. 24 cap. 12. et tempore quo cessante legitima cá, et iusto impedimento, non resederit debet alium substituere sumptibus illius, qui lectioni sacræ scrip.ræ loco ipsius satisfaciat

Sess: V. de Reform: cap. 2m.

Predicare incipiant § Si pntatus fuerit Predicator idoneus iuxta cap. 2. Sess: 5a Ordino non est ei deneganda licentia

In Ecclesijs uero § Consuetudine presupposita Predicatorem deputatum ab Epo in aliquo populo predicare in Eccliis Regularium, etiam si esset alterius ordinis, Epus pot Regulares compellere si noluerint admittere eterum in eorum Ecca ad predicandum, ut seruetur consuetudo, sed si Predicatores eiusdem ordinis haberi pont ceteris paribus ab Epo esent preferendi

Nec poterit Ordins ad libitum et sine ronabili causa suspendere a predicatione

Procedat § Congreo Conc: censuit per confirmationem priuilegiorum Regularium a Sta sed: apost: non ee derogatum huic decreto Conc: nisi in ipsis priuilegijs appareat expressa dispositio, que contraria sit dicte dispoi Conc!

Concedant § Et quando exprimitr de Licentia sui Superis in Ecca secularis, semper intelligitr Epus, nisi eet Ecca nullius Dioc: nec obstat si iste superior esset exemptus

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Sess: 6. de Reform. cap. 2m

Congreg. Conc. censuit Rectores habentes Parochianos intra et extra Civitatem, et si qui extra sunt, plures, et magni numeri sint, qui per Vicarios amovibiles regebantur, oportere residere, in loco in quo sita est Eccl.a Parochialis, et ideo si ea intra menia Civitatis sit, ibi ipsos residere oportere, quod si Parochiani qui extra Civitatem habitant, ob locorum distantiam seu difficultatem patiuntur incomoda in percipiendis Sacramentis, et divinis officijs audiendis, succurrendum illis ex remedio c. ad Audientiam de eccl. edif. et decreto Conc. Sess. 21. cap. 4. Quod si, sint duae Eccl.ae intus et extra, et una tantum Parochia, Rectorem debere residere in Eccl.a quae est intra Civitatem

Approbavit istam distinctionem Conc. in V. capitibus, et quo ad de cura Jurisd.lis approbavit eorum opinionem Congr.nis

Comendatarij non tenentur promoveri ad Sacros Ordines

Si monria carent omni prorsus cura, et conventu, vel si habent tantum Jurisdictionem temporalem

Vel si cura animarum Sacramentalis soli Conventui incumbit non autem personae Comendatarij

Vel si Jurisdictionem quam ex concessione Sed. Aplicae habent non possunt actu exercere, quia de facto prohibentur

Quod si vero Jurisdictionem spiritualem actu exerceant et sic curam animarum habere videantur, c. Dudum 2. c. licet de elect: ubi Hostien. Jo: And. Bellam. Anc. Card. Butr. Abb. c. super eo de preben. Extravagan. execrab. in fin. ubi Gloss. verb. visitare de preben. in extravag. Jo. 22. tamen id quia ex lata significatione esse dicitur. Innoc. et alij c. cum satis de offic. Arch. id. et c. de multa de preben., Staphil. de grat, et qualit. nu.o 20.

Idcirco regulariter Comendatarij non erunt cogendi suscipere sacros ordines

Sed quando pro locorum et personarum qualitate, licebit eos cogere arbitrio S.mi

Sed an Sacerdotium, uel sufficiat ad Diaconatum sm. Card. Clem: pa. qu. 20 de offic. Vic: C. Miles uerbo curatam in fine Rebuff: in prox: tit. de non promotis nu° 32. et intra quod tempus, et an cum decreto uaritante

Si uero cura aiarum Sacularis siue Monachorum siue personarum secularium incubuerit peramis Comendatariorum tenebuntur sacris ordinibus initiari

An exprimendum precise ad Sacerdotium et intra annum, alias ipso iure priuati sint ad c. licet Canon. et c. nemo de elect. in 6: ubi gloss: uer: Sacerdotio et uer: Comendare, et Clem: ne in agro §. Ceterum de stat: monacho. et an dist inquirendum si Comendam in anno 22 obtinuerint, teneantur promoueri ad Sacerdotium intra 25. annum ad §. Ceterum continetur

In Gallijs

Indistincte Comendatarij tenentur promoueri ad sacros Ordines et in concessionibus Comendarum Gallicarum apponatur decretum, ut intra annum sacris initientur, alioquin post annum elapsum uacent ipso iure Comende, quarum si que extiterint de Monrijs ui prorsus cura et conuentu carentibus, eo casu Smus aliquam Comendatariorum habebit rationem

Comendatarij non tenentur residere

Si Monria carent omni prorsus cura et conuentu

Vel si hent tm Jurisdictionem temporalem

Vel si cura aiarum Sacramentis soli Conuentui incumbit non aut persone Comendatarij

Vel si Jurisdictionem spualem quam ex concessione Sedis aplice hent, non possunt actu exercere, quia de facto prohibentur

Amplius quamqz eam Jurisdnem spualem exerceant non ideo tn tenentur residere ex decreto Conc: Sess: 23. cap. p°. eadem uino Quod licet exprimat de Curatis, et alijs quibuscuqz beneficijs aiarum curam habentibus, que uerba ad solam quoqz Jurisdicmis

Sess. 6. de Reform. c. 2.

spualem referri posint c. Dudum 2° de extrauag. exectab. d. c. super eo, tn intelligendum est de sola cura sacram[li], et ideo qui solam curam Jurisd[nis] spualis hnt non comprehenduntur eo decreto, neqz penis ibi inflictis subiacent, sed tm poterut cogi residere, prout ante Conc. tenebant[r] ad textos. c. dudum 2° et d. c. super eo, et d. extrauag. exectab., ad quod Jus vetus videtr Conc. alibi se retulisse Sess. 6. cap. 2.

Si uero cura aiarum saecularis, seu Monachorum seu personaru secularium incumbit personis Comendatariorum, tenebuntur residere ex decreto Conc. Sess. 23. cap. p°.

A quo visitari posint

Dicebatr Concm videri subiecisse Comendatarios Ordinarijs in materia residentie Sess. 6. cap. 2 Itemqz cum de incompatibilitate agitur Sess. 7. cap. 4 aut de cura aiarum saeculari, quam ipsimet Comendatarij exercerent. Sess. 25. cap. xi de Regul. Extra istos casus Conc. nihil in specie decreuisse a quo Comendatarij posint visitari et corripi

Considerandum aut esse cum ea hodie recepta sit opinio, Comendatarios perpuos pro ueris titularibus haberi, et Jura de Abbatibus, et Prioribus loquentia hre etiam locum in hisce Commendatarijs, Probat d. c. nemo nu° xi. 23. de elect. in 6. Cass. in consuetud. Burgund. Rub. 9. §. 9. Rebuff. de nomi. q. 8 nu. 29 et de pacif. poss. nu° 36. et 43. Comes de infor. resig. q. 4 nu. 2. 9. et de Idiom. q. 5. nu° 6. Consequens videtr ut quemadmodum Abbates a suis Superioribus claribq visitari dnt, etiam hi Comendatarij posint

Quod si hec non omo communiter aut dicere videtr, Rursus aduertendum nullo expresso iure nullaqz clara concessne explicita probari, Comendatarios exemptos et ab Ordinarijs, ideo non prohiberi quin ab eis uisitentr, et quamqz se exemptos probarent, posse tn ab Ordinarijs visitari, ratione rei concitus,

aut delicti ut sanxit constitutio Innoc. 4. c. p.º de privilegiis 6. quam Conc.tum innouauit atque etiam ampliauit in casibus mercedum, et miserabilium personarum, etiamsi certus Judex a Sede Ap.lica in partibus deputatus esset, et generaliter quoque in alijs causis, si certus delegatus non adesset Sess: 7. cap. 14
Quod tamen ad materiam visitationis, visum est plerisque Comendatarios non posse uisitari, neque corrigi, nisi a delegatis Sedis Ap.licae. Sed quia aliqui Ordinarij hanc facultatem sibi competere credunt, et ob id urgent aliquos Comendatarios, S.tas sua iussit ut audiantur Comendatarij quibus rationibus se ab hac visitatione tueantur ideo eis auditis amplius erit deliberandum.

Licet reseruati sint fructus in fauorem alicuius, tamen non reseruata administratio, neque reseruata domus Abbatialis, et reseruatio fructuum non tollit curam et administrationem promoueri et curam exercere, gloss: in c. si tibi concessa de preben. in 6.

Item An Comendatarij eorum Monasteriorum que sunt conventualia a suis superioribus Regularibus uisitatum, ab Ordinarijs Locorum visitari, et corrigi possint licet Conc. Trid. Sess. 24 cap. xi. de Comendatarijs non meminerit in illa commemoratione personarum que ab Ordinarijs uisitari debent, non obstantibus quibuscunque priuilegijs eis concessis, Congreg.º censuit si nullius sint ad Ep.os nullum ius pertinere sed ad Sedem Ap.licam. Si in certa dioc. sint, quo ad residentiam subiacere Ep.o Ordinario Loci per cap. 2. Sess. 6. et idem quoad incompatibilia Sess. 7 cap. 4 ponderando quod cap. 4 loquitur de Comendatis et v. dat Jurisd.nem Ep.is, Quod uero spectat ad visitationem et ad correctionem non posse ratione Comende, visitari, aut corrigi, nisi a Sumo Pontifice aut suo Legato, sed dicebat qui aduersabatur dicebat visitator est delegatus, ratione aut delicti

rei conctus ad ius comune se remiserunt, illudq; ampliauit prout Conc: se remisit, ut in cap. 14. Sess. 7. quod est notan, dum, cum Conc. per d. cap. 14. innouauerit cap. pm de priuil. lib. 6

Si qua dubia alia proponentur in Congregne super residentiam Comendatariorum, fiat relatio ad Stem S. in singulis casibus, itaq; nihil uoluit in hoc genere statuere

Sess. 6. de Reform: cap. 3m

Ecclesiarum Prelati — Epi ex hoc decreto agere possunt contra omnes professores militiarum, Hyerosolmis exceptis, ob privilegium san: me: Pij V. etiamsi dicti milites degentes extra locum suorum ordinum, cum licentia suorum Superiorum degerent. Idem censuit Congo. in omnibus alijs regularibus, qui degentes extra monasterium etiam cum licentia suorum superiorum si deliquerint possunt puniri a locorum Ordinarijs iuxta hoc decretum Conc:

An milites Hyerosolmi comprehendantur in decretis Conc. etiam ubi expresse de eis non fit mentio, Respondit comprehendi nisi specialibus privilegijs post Conc: muniantur.

Extra Monasterium degens — Etiamsi de licentia Superiorum existerent fres in domo ad erectionem Monasterij destinata, et ibi non haberent Priorem seu Guardianum, nec viverent iuxta regule institutum.

Capitula Cathedralium ✝ Si Epus uelit visitare ex hoc decreto, debet id personaliter agere, secus si ex aliis Conc. decretis cum per suum Vicarium generalem agere possit, aut visitatorem si modo legitime impeditus fuerit, ut permissum est infra cap. 3. Sess. 24. etiamsi de visitandis exemptis ageretur cum d. cap. 3. exemptiones tollat, etiam si de visitandis Hospitalibus ageretur cap. 8. Sess. 22.

Congreg.° censuit de voto Rmi hoc decretum non solum comprehendere Capitula exempta, sed etiam, via alia, pretendentia se posse tueri adversus visitationem, sive uigore consuetudinum sive sententiarum, sive iuramentorum, sive Concordiarum, quae tamen suos obligent auctores non etiam successores quo minus a suis Epis. ✝

Presupposita quod res et bona Capitulorum sint exempta a Iurisdictione Epi, an sicut potest Epus uisitare Capitula, ita et possit res et bona, rerumque et bonorum administratores, Congreg.° Conc. censuit posse in visitatione formali

Subcollectores et alii officiales Sedis Aplicae minime comprehenduntur, neque quoad ostensionem titulorum

An derogatio de qua in Sessione 25. cap. 6. extendatur etiam ad disposita in hoc cap. 4. Rndit Congreg.° extendi

An derogatio Concordiarum de qua in hoc decreto Sess. 6. c. 4. et Sess. 25. cap. 6. comprehendat etiam concordias confirmatas a Sede Aplica s. D. N. Gregorius xiii. ex sententia Congregationis rndit non comprehendi ideo non censeri sublatas, et licet in d. cap. 6 tollatur fundatio etiam immemorabilis, tamen Concilium quando uoluit tollere expressit, et debet hoc censeri maius fundamentum etiam immemorabili propter auctem s. Sed. aplicae. stante declaratione Congregationis quod Concordie a sede aplica confirmate non censeantur sublate a Conc.° an intelligantur preservate con,

cordie confirmate in forma dni, de quibus ille tm, que emanarunt ex certa scientia. Congreg.o consuit illas tm confirmationes esse preservatas a decretis Conc., que emanarunt ex certa scientia et cum cae cognitione.

Suos obligent auctores. § Videtur Rota decisisse hec verba non referri ad concordias sed ad iuramenta.

Per seipsos solos § Congre.o censuit Epum in visitatione Capli sue Ecc.e Cathedralis non teneri assumere aliquos ex gremio Capli, sed posse vel per se ipsum solum visitare, vel illis quibus sibi videbitur adiunctis etiam extra gremium Capli.

Auct. Aplica § Concordie confirmate etiam quando Ordin. visitat tanquam Sedis Aplice delegatus, non censentur sublate. Hoc decreto non prohibetur quod Decanus et Caplum, id tn sibi legitime competens, non possit visitare ipsum Caplum, singulares personas sibi subiectas cumulative cum Epo, seorsum tn ab eodem, nec potest Epus denuo punire et corrigere super eodem, in quo aliquis legitime in visitatione fuit punitus et correctus ab ipso Decano.

Epum non teneri assumere Notarium Capli in visitatione Capli; Item censuit Congre.o Epum in visitatione Capli posse solum aliquod crimen corrigere et punire non tn ad penam ordinariam, sed ad eam penam que magis emendationem morum respiciat, cum finis visitationis sit potius emendatio quam punitio. Item si compilato processu, formato iudicio, prout iuris fuit contra aliquem caplarem in visitatione Epus voluit procedere, censuit Congreg.o servandam esse formam traditam in cap: 6. Sess: 25. ut non solus sed adhibitis deputatis Epus procedat.

In territorio Abbatie de Covarruvios extat Collegiata insignis vimodo exempta a Iurisd.ne Abbatis.

Queritur quis ipsorum Epus cuius dioc: pretenditur esse Abbatia an ipse Abbas iuxta formam Conc: possit visitare, corrigere

Sess. 6. de Reform. c. 4.

ac etiam extra visitationem iuxta cap. 6. Sess: 25
Item quod is qui debuerit uisitare observet formam Conc: assumendo duos electos de capitulo
Item expositum fuit quod est aduertendum quod lis pendet in Rota, an Abbatia sit in Diocesi Burgen nec ne,
Congreg.^v censuit Conc.^m d. cap. 4. Sess: 6, et cap. 6. Sess: 25. nullum ius Abbati dedisse visitandi Collegiatam; quia dicta capla loquuntur de Epo tm, ideo Epum posse uisitare iuxta d. cap. 4. non obstante exemptione et immemorabili que per dicta Capla sublata sunt, si modo dicta Collegiata est in dioc: Burgen, nec in actu visitationis tenetur Epus assumere duos de Caplo d. cap. 4
Presupposito statuto inter Archiepum Ispalen et Caplum ipsius a Sede aplica confirmato, de cuius ualiditate et observantia uidendum erit in Iudicio ord.^rio
Congre.^v Conc: censuit Archiepum in visitatione, quando fit inquisitio, que uocat.^r preparatoria, non posse recipere iuramentum a visitatis, nec procedere ad capturam, Nec mandare ut det.^r copia testium, Nec procedere ad ullum genus penarum posse aut uisitare solum sine adiunctis iuxta formam cap. 4. Sess. 6. quod si compilato processu, formato iudicio prout iuris fuerit contra aliquem capitularem in casu quo contra accusatum de crimine comprehenso in pto statuto sine concordia ad penam uoluerit procedere, seruandam esse concordiam
Non posse Archiepum visitare in eius domibus Epalibus, sed cum uisitare uoluerit Caplum debere accedere ad locum solitum quo s. caplares Congregari, et eorum actus expedire consueuerunt, si id tn comode fieri pot, sin minus ad locum conueniens et honestum, sed non teneri accedere ad locum Capli quoties persequi uelit visitationem alicuius particularis persone de Caplo, si tn Caplum occasione visitationis conuocare ipse uoluerit non posse extra locum solitum iubere illud cogregari ut dictum est.

Sess: 6 de Reform: cap. V^m.

Nulli Epo &c. Epus qui nullum habet Episcopatum non pot in Eccl^a sua Iurisdictionali, veluti si esset prepositura Chrisma conficere, nec alia Pontificalia exercere, sine expressa licentia Epi intra cuius dioc: fines prepositura existit.
Nec de Licentia Ordinarij pot ordinare personas, non illi Ordin^o subiectas, secus si illi qui aliarum dioc: sunt, habuerint lras dimissorias a suis Ordinarijs et ministrare chrisma.
Nec pot Epus Pontificalia exercere in loco exempto et Iurisd^nis non Epi, sed inferioris vocatus ab ipso inferiore, sine licentia Epi intra cuius dioc: fines eet locus ille, etiamsi ille inferior pretenderet ratione exemp^nis vocare Epum quem maluerit ad ministrandum Sacratum Confirmationis, dummodo locum ipsius exempti sit intra fines dioc: alicuius, ita ut non eet nullius dioc: quia tunc pott sicuti S. D. N. Gregorius declarauit
Expressa licentia &c. Vicarius Gnalis non poterit concedere hanc licentiam, nisi habeat speale mandatum. gloss: in verbo non extendat, in c. cum nullus de temp. ord: lib. 6.
Congre^o censuit licere alieno Epo exercere Pontificalia in Eccl^a aliena, et ordinare Clericos eiusdem dioc: de licentia Ordinarij, et cum lris dimissorijs suorum Ordinariorum, idqz etiam licere de licentia Capli, sede illa Epali vacante, nec obstare cap: X. Sess: 7. quia voluit tm coarctare hanc facultatem post annum, Nec verisimile est quod voluerit abrogare ius vetus, et tollere facultatem eo iure datam Caplo nec obstare hoc decretum, quia dicit sine licentia Ordinarij quia Caplum hoc casu vice Ordinarij fungit^r, Nec obstat dictio illa, subditos, seu subiectos, quia lre dimissorie suorum Ordinariorum fecerunt illos subiectos
Poterit etiam iste Epus ordinare familiares triennales eiusdem in cuius dioc: exercet Pontificalia, si idem ipse Epus qui hanc facultatem exercendi Pontificalia dedit, expresse

etiam dedit licentiam huic familiari quod poss Ordinari ab eo, cum talem familiarem Conc.m habeat pro subdito illius Epi, et sicut Epus uere subditum suum pot facere ordinare a tali, sic et istum

Pot Abbas benedictus uel ex priuilio hanc facultatem habens, exercere Pontificalia et solemnem benedictionem populo dare in suo Monrio et Eccª in qua habet hanc Jurisdictionem. Extra uero ueluti uarias benedictiones dare, reconciliare Eccas et Cemiteria, non, nisi de licentia Ordinarii Loci

Sess: 7· de Baptismo Can ·4·

Ab Hereticis q S·D·N· Pius·V· probauit sntiam Con,
gregationis Conc· Caluinistarum baptismum uerum esse,
et ideo baptizati ab eis non sunt iterum baptizandi, non
n· Caluinistę discesserunt ab Eccª circa baptismum
et seruant formam Eccª licet non reliqua solemnia
Cerimonię supplendę sunt in baptizatis a Caluinistis
et in adultis, preuia abiuratione hęresis et reconciliatione

Sess: 7. de Confirmatione Can: pm.

Episcopo Chrismatis tm conferendi causa ad loca sue dioc: accedente, Laici, uel Ecclesiarum Rectores, ad illius impensas non tenentur

Omnes etiam Prelati inferiores etiam exempti habentes Jurisdictionem Epalem, si intra fines alicuius dioc: sunt tenentur accedere ad Epum intra cuius fines est pro sanctis oleis

Qui uero est nullius dioc: habetqz Jurisdnem ut supra pot accessere quem voluerit Catholicum Epum pro ministrado Chrismatis Sacramento

Sess. 7. de Confirmatione Can: 3.

Ordinarium qui Abbatis habens ex privilegio Sedis Apostolicae ut Sacramentum Confirmationis possit conferre S. D. N. Gregorius audita relatione Congregationis annuit quod possit de licentia tamen Ordinarij

Extraordinarium aut cui Papa concederet

Sanctissimus D. N. Gregorius ex sententia Congregationis credit Abbatem habentem privilegium omnia quae spectant ad Episcopum posse exercere praeterquam Chrisma conferre, et sacros ordines conferre, non posse Sacramentum Confirmationis administrare, cum ea quae sunt ordinis requirant specialem mentionem, nec reperiuntur inferioribus Prelatis concessa, et licet exceptio firmet regulam, non tamen ampliat ultra suam naturam, ut comprehendat ea quae sunt aliás reservata, et de quibus est facienda specialis mentio prout est confirmare

Sess. 7. de Reform: cap. 4.

An Scholares Universitatum quibus ex indulto Ap.lico concessu est ut possint nominari ad beneficia vacatura 2°. et 3°. donec qui seniores sunt, et etatem legitimam assecuti 80. florenos auri de Camera in fructibus beneficiorum deductis oneribus percipere valeant, S. D. N. Gregorius rendit ex sententia Congregationis huiusmodi repetitionem nominationum intelligi de compatibilibus beneficiis

Comendae perpetuae. Commende quae ad sex menses in Parochiis Curatis quae fieri poterant ab Ordinariis. C. nemo de elect: in 6. amplius post Conc: locum non habent, cum debeant in omnibus deputari Vicarii ad formam cap. 18. Sess: 24.

Quod de incompatibilibus beneficiis dicitur, idem intelligendum est de omnibus beneficiis residentiam requirentibus, quae quis post publicationem Conc: receperit, veluti duos Canonicatus, vel Canonicatum cum Parochiali

Ante Concilium duo beneficia obtenta a Summo Pont. incompatibilia licet non fuerit alias per Summum Pontificem dispensatum obtineri possunt, nisi duae erant parochiales ante Concilium obtentae

An presumpta dispensatio in qua fundatur regula de triennali habeat locum contra decreta Conc: cap. 4. Sess. 7. et cap: 17 Sess: 24. et cap. 15. Sess: 25, ita ut possidentes beneficia contra dispositionem dictorum decretorum ex tali presumpta dispensatione, suam possessionem tueri valeant Congregatio Conc: rendit non habere locum contra citata Conc: decreta, et ita respondit S. D. N. Sixtus esse observandum

Congregatio Conc: declarando supradictum S. D. N. Responsum intellexit regulam de triennali non defendere eos qui beneficia incompatibilia post Concilium obtenta simul retinuerunt contra decretum cap: 4. Sess: 7. neque etiam eos qui beneficia ante Concilium obtenta ratione incompatibilitatis, vel alias dimittere tenentur non obstantibus dispensationibus iuxta terminos cap. 17. Sess: 24. et cap. 15. Sess: 25.

Congregatio Conc: censuit obtinentem Parochialem una cum Canonicatu

Sess. 7. de Reform: c. 4.

ex dispensatione ap̄lica ante Conc: obtenta potuisse post Conc: absq; alia dispensatione optare prebendam pinguiorem

Sess: 7. de Reform. c. Vm

Ordinarij locorum. In hoc decreto Capellę et Canonicatus et alia benefa curata, requirentia residentiam si tn̄ alias sint incompatibilia comprehenduntr

Compellant. Nec temporis longitudo obstat quin ab Epo possint compelli ad dispensationes exhibendas, et illorum titulos ostendendos; nisi benefa ad Epi Iurisdictionem non spectarent, ueluti si esent membra Sti Antonij Viennensis uel aliorum

Sic c contro Congregno censuit nihil innouandum in benefijs simplicibus, que et clericatus nuncupantur, in Ecclesijs Parochialibus uel alibi constitutis, quorum fructus possessores gaudent, nullum seruitium nec per se ipsos nec per substitutos illis Ecclijs prestando quibus dicti Clericatus subsunt, ut possint cogi, uel per se ipsos, uel per substitutos, in habitu clericali manutenere qui illis Ecclijs inseruiant, licz cap. 3. Sess. 21. presupponat quod oia benefa sint ad cultum diuinum atqz ad Eccca munera obeunda imposita c. ult. de rescript. lib. 6.

Si tanto tempore possessores taliu benefcorum non sunt coacti ad aliquid istorum, nec apparet quod ad certum obligati, satis si dicunt horas Canonicas, Unde si beneficia ipsa non requirunt residentiam, non dnt cogi per substitutum, exemplo illius Canonici qui causa studiorum non residet, nec etiam tenetur ad substitutum. Abb. in c. licet de preben

Sess: 7. de Reform cap. 6.

Uniones perpetuae. Per hoc decretum non excluduntur Ordinarii quominus uniones possint revidere, in casibus licet de iure con. et ultra 40. annos

Excluduntur ab hoc decreto Presidentes, et alii superiores claustrales, sed tm Ordinarii

Epus N. cum examinaret uniones iuxta dispositionem huius decreti et in Sess: 21. cap. 9. ante 40 annos in eius dioc. factas et quae per prius, non tn ante dictum tempus 40. annorum sortitae effm, interesse pretendentes uigore praesentarum suarum appellationum impediunt Epum ab huiusmodi examine. Qt. Congreo. Conc: casum hunc omissum a Conc: ideo ex decretis eiusdem non posse quicqz in eos attentari

Sess. 7. de Reform. cap. 7.

Beneficia Eccl.ca curata. Censuit Conc. hoc decretum tribuisse facultatem Epis ponendi Vicarios temporarios prout eis pro bono Eccl.arum regimine expedire videbitur, hanc tamen facultatem fuisse declaratam per constit.em Pij V. de Vicarijs perpetuis, secundum quam Ordinarij arbitrium suum moderari debebunt.

Non enim prohibet quod cura animarum non possit exerceri per Vicarium amovibilem ut in cap. XI. Sess. 25. de Regul. dumodo sit certus qui principaliter incumbat, ut c. 13. Sess. 24.

Vicarij perpetui non possunt constitui absque erectione tituli vicariæ non obstante Bulla Pij V. et hoc decreto Conc.

S.mus N. Gregorius XIIJ. non habet pro revocata Bulla Pij V. de Vicarijs perpetuis in Parochibus Unitis Monasterio Regul. cum hac limitatione in favorem monachorum, quod Epus ad nominationem monachorum deputat unum ex ipsis, previo examine, et ad nutum ipsorum amovibilem, et cum vicario sic deputato debet habitare unus duntaxat alius monachus, ne plures extra clausuram maneant, sed non ita censendum si vellent deputare Cap.num amovibilem.

In Ecclesijs Curatis unitis Monasterijs possunt Epi Ordinarij locorum eas visitare, et ponere in eis vicarios perpetuos sive temporaneos iuxta dispositionem huius decreti prout eis expedire videbitur. Si vero huiusmodi Eccl.æ curatæ sunt positæ in loco ipsorum Monasteriorum eisque immineat cura animarum, possunt Epi visitare personas exercentes in eis curam ipsarum animarum, iuxta tamen illam formam quam prescripsit Conc.m cap. XI. Sess. 25. de regul.

In Parochialibus autem militiæ S.ti Ioannis Hierosolymitani servandum est breve s. me. Pij V. editum XIJ. 7bris 1571. Pontificatus sui anno 6.

Congreg.o Conc. censuit Parochialem perpetuo unitam beneficio simplici desinere esse Parochialem et assumere naturam simplicis dumodo unio sit facta accessorie, et cura per vicarium temporarium non exerceatur

Hoc decretum videtur dare locum in actu visitationis non cum causae cognitione et via ordinaria procedendo, sed non si visitent Monria et loca regularia

Nec obstat quodcunque privilegium ut visitatio non ad Ordinarium sed ad Metropolitanum spectaret vel ad alium

Hoc appellatio devoluit sed non suspendit

Congreg. Conc: censuit noiat.nem vicariorum ad tempus in beneficiis curatis spectare ad Epum, perpetuorum vero in vim constitnis Pij V. spectare ad Epos

Fuit in Congrone Conc: dubitatum dum vicarius perpetuus constitutus vigore huius decreti subire deberet aliqua onera saltem pro rata propter constitutionem Pij V. de Vicarijs perpetuis. S. D. N. Gregorius, audita Congregnis relatione declaravit, Bullam Pij V. ut via onera incumbentia ipsi Parochi in qua erit erecta vicaria perpetua pertineat ad ipsum vicarium perpetuum solum nulla aut ex parte ad Ecclesiam seu Monrium aut locum pium, quibus erat unita ipsa Parochia

Per hoc decretum tollitur consuetudo immemorabilis ut in illis beneficijs unitis deserviatur per Cappnos amovibiles si aliter Epo videbitur

Per hoc decretum tolluntur privilia etiam in fundatne concessa ut visitatio Ecclesiarum unitarum alicui Monrio vel Eccae spectet ad alium Epum et non ad Ordinarium illius loci

Censuit Congregno in Parochibus quae non sunt unitae Monrijs sed earum membra aut quoquo dependentes sunt, nec Concm nec constitutionem Pij V. de vicarijs perpetuis disposuisse, an unus vel duo clerici esse debeant, ideo hos casus relinquendos institutis cuiusque religionis nisi aliud Smus decernat

In membro Monrij non unito eidem, non pot ex hoc decreto Conc erigi vicaria perpetua

Nominationem vicarij perpetui S. D. N. Gregorius audita relatione Congrenis censuit spectare non ad Ordinarium sed ad eum cuius est beneficium in quo erigitur vicaria

Sess. 7. de Reform: c. 7.

Notum est in Congreg.ne Trid: an sint constituendi vicarij perpetui in Eccl.ijs Cathedralibus et Collegiatis curam animarum habentibus, et eam per temporarios mercenarios exercentibus: Congreg.o censuit nihil per legem generalem statuendum esse, sed singulis casibus qui occurrerint providendum prout magis expedire videbitur

Censuit Congreg.o Episcopum posse visitare Eccl.as Parochiales unitas Monasterijs, quae sunt capita villarum de quibus in c. XI. Sess. 25. de Regul. ex hoc decreto Conc: quia illud cap. XI loquitur tantum de loco sedis generalis

Congreg.o censuit relinqui arbitrio Episcopi ponendi perpetuum vel temporarium vicarium in Parochialibus unitis Archidiaconatui, sive alijs dignitatibus seu Canonicatibus secundum facultatem et prout colligitur ex hoc decreto. Nec dicta Constitutio Pij V. obstat quod etiam de unitis ante Conc. intelligatur

De Parochialibus unitis Capitulis Cathed: vel Colleg: Ecclesijs sic censendum est, si cura animarum incumbit certae personae, per illam exercenda est, si imminet toti Capitulo ut per singulos per vices exerceatur, ipsi cogendi sunt ad illam exercendam ut per not. in c. statutum de elect: lib. 6. Si spectat ad illorum mensam, ita ut institutio illarum personarum quae eam curam exercent, a nullo Superiore facienda esset, Canonici compelli non possunt, ut nec per seipsos, nec per vicarios perpetuos illa exerceatur: gloss. in Clem. prima de excess. Praelat: in verbo mensam, et ibi Card. Imol: et Anch: in c. extirpan. §. quia vero de preben. Idem dicendum si per sedem Apostolicam eis esset indultum ut per temporarios cura exerceatur, sed in istis duobus casibus postremis ex Congregatione possunt cogi ad constituendos Vicarios perpetuos iuxta tamen decretum Congregationis supra non precise

Sess. 7. de Reform. c. 7.

In Ecclesiis in quibus ante Conc. vicarie perpetue iam erecte erant, nec decretum Conc: nec constitutio Pij V. de vicarijs perpetuis habet locum

Praefigendus est terminus X. dierum ab Ordinario illis ad quos spectare videtur ex d.a constitutione Pij V. noiare vicarios

Epus debet taxare incerta

Quando opponitur fructus illius Parochialis esse tenues, nec ascendere ad taxam portionis de qua in d.a constitutione Pij.

Congreo consuit si non apparet certi fructus, quod si apparet constitutio providet, quod sufficiat totos assignare vicarijs, alias dent.r so de suo, quia non est verisimile quod Parochiales sine fructibus sint, nec quod ipsi acceptaverint inutilem Parochialem, et ita p.o se obligarunt ad curam, tenent.r subire illud onus nisi clare probarent nullos fructus, quod si isti probaret quod earum Ecc.ae erant fundatae super iuribus istis Parochialibus tunc res esset consideratione digna

Sess: 7. de Reform: cap: 8:

Locorum Ordinarij § Comprehenduntur Ecc.ae seculares, tum etsi ad regulares illae pertineant et ab eis dependeant, dum per seculares illis deseruiatur, non aut comprehenduntur Monialium Ecc.ae regularium, haec aut procedunt quando Ecc.ae sunt in Dioecesi

Quascunque § Sed non ad Ecc.as regularium tm excepto etiam conuentu et Claustro frum, et Monachorum, ut Epus prouidere possit contionem Smi Sacramti, altarium, paramentorum, aliorumue Sacramentalium

Item nullam penam incurrit Epus non utendo Iurisdictione sibi in exemptis a Conc.o tributa, sed in illis tm casibus quibus decreta Conc.i utuntur, uerbis preceptiuis seu obligatorijs incurrere peccatum mortale, et in casibus in quibus dispositio Conc: non absolute adimit exemptis hanc Jurisdictionem, sed tm si Ordinarij uolint Ordinarijs exercere possunt exempti

In casibus uero quibus Conc. absolute adimit hanc Jurisd.em exemptis, et precipit Epis ut ipsi soli exerceant non possunt.

Presupposito quod Epi quascunque seculares Ecc.as curatas exemptas siue nullius dioc: Monrijs Cassinensibus unitas, uel subiectas uisitare possint, et in eis deseruientes in diuinis, corrigere, et reformare, presertim ex declarat.ne Congre.nis ad hoc decretu et ad cap. 9. in Sess. 24 dummodo in illis locis, utraque Jurisd.o ab Abbatibus non exerceatur, An liceat ipsis Epis ord.ria uel delegata auctate uisitare, adeo ut nisi prius expresse declarauerint se tanque Sed. aplicae delegatos uisitaturos possint eis obsistere, Et presupposito ex declarat.ne Congre.nis quod Epi non solum per seipsos sed etiam per suorum in spualibus gnales uicarios, munus uisitationis pte possint exercere, et An uicarij eo casu specialem in scriptis facultatem hre debeant et de illa prius authentica documenta ipsis Abbatibus, su-

superioribus uel eorum officialibus et subditis dimisso sibi illorum exemplo de uerbo ad uerbum fidem facere teneantur, et donec istud fecerint libere et licite eis ualeat resisti? Congreg.[o] censuit Episcopo delegata tm auctate uisitare quoad utrumque cap: idque expresse declarandum, Quoad 2m opus esse speciali in scriptis facultate, deque ea commissionis fidem faciendam esse.

Visitare teneantur § Comprehenduntur etiam Eccl.ae in aliquo territorio seu districtu subiecto alicui monrio exempto, ita tn quod d.m territorium sit intra fines alicuius Dioc:

Congreg.[o] censuit licere Epo uisitare Cap.niam Iurispatronatus laicorum, ut Iuris patronatus Regum ex priuilegio sibi concessum, quod in sua diocesi Iurispatronatus Regum observare, nisi in fundatione id expresse sit prohibitum Capellaniam exemptam, tunc Epus uisitat, tanquam Sedis Apost. delegatus ex hoc cap. 8.

Defraudentur § Potest Epus fructus sequestrare pro reparatione uel alijs quae in visitatione sibi uidebuntur necessaria

Conc.m hic non censetur sustulisse, neque rem iudicatam neque Concordias

Exclusis § Etiam si iureiurando solemniter Ordinis cessisset Ecclesiis exemptis quae in sua dioc: repeliuntur, quia Ordinarius non potest se eximere a praeceptis quae continentur et in hoc, et in alijs decretis Conc. similibus, vide de hoc in una Barensi Sti Nicolai

Sess. 7. de Reform: cap. x.

Vicarius Capli. Sede vacante infra annum potest concedere dimissorias ad primam tonsuram ei qui est pntatus a patronis laicis ad beneum Eccl.cum Juris patronatus ipsorum ut illud obtinere valeat

Captum Sede vacante pot concedere licentiam extero Epo exercendi Pontificalia in eorum Eccl.a, et ordines conferendi tam Clericis illius dioc: iuxta formam tn huius decreti, qz exteris habentibus lras dimissorias suorum Eporum

Hoc cap. censuit Congreo. non procedere in insignito solum charactere prime tonsure

Si in minoribus Ordinibus q ad minores ordines sic promotus potest in susceptis ordinibus ministrare, et benca obtinere, non autem priuilegijs clericis concessis gaudere

Sess. 7. de Reform: cap: XI.

Facultas de promovendo a quocunque Intelliguntur a Sede Apostolica concesse non ab Ordinariis que appellantur litterae dimissoriae

Sess. 7. de Reform: c. 12.

Facultas de non promouendo. § An facultas de non promouendo concessa N. ante Conc: sit reuocata. Congreg.° respondit siue ante Conc.m siue post, non est reuocata, sed tm̃ per annum suffragata est.

Sess. 7. de Reform. c. 13.

Praesentati. Hoc cap. ita est intelligendum, quod praesentatio soli Episcopo fiat ad effectum examinis dumtaxat, non attenta etiam quacumque consuetudine immemorabili.

Reperti. In beneficijs Curatis, sive sint iuris patronatus, seu liberae collationis, examen faciendum est ab Episcopis Ordinarijs secundum dispositionem Conc. Sess. 24. cap. 18. et in quibusvis alijs beneficijs, ad quae praesentatio, seu electio, vel ordinatio facienda sit a quibuscumque alijs personis Ecclesiasticis inferioribus Episcopo prout statutum est a Conc. hic, et in Sess. 25. cap. 9.

In beneficijs non simplicibus quorum collatio libera pertinet ad inferiorem, non requiritur ista approbatio quae est facienda ab Episcopo in his beneficijs quemadmodum si institutio pertineret ad inferiores ex c. 9. Sess. 25, et praesenti decreto, ita etiam in ijs quorum institutio pertinet ad monachos

Qui admittuntur in Ecclesijs perimonialibus, sive receptiuis, tam numeratis quam non numeratis ad beneficia servitoria non possunt admitti, nisi praevio examine, et approbatione Episcopi iuxta hoc decretum

In illis Ecclesijs in quibus occurrente vacatione Canonicatus ad illum praesentari debeat, et ab inferiore institui, antiquior Portionarius ad portionem, antiquior beneficiatus ad beneficium antiquior expectans, Censuit Congregatio non sufficere aliquem examinatum et approbatum fuisse ab Episcopo, quando admissus ad expectandum iuxta dispositionem huius decreti sed necessarium esse in quolibet ascensu novum examen

Non comprehenditur in hoc decreto Ecclesia Collegiata cuius Canonicatuum collatio libere spectat ad Capitulum

Ex hoc decreto et cap. 9. Sess. 25. Episcopus potest possessores beneficiorum Curatorum seu simplicium de iure patronatus ad ostendendum eorum bullas, si tamen post Concilium collata sunt, et declarare institutionem irritam et inanem esse, si absque examine Episcopi

facta sit, ac compellere ad fructuum perceptorum restitutionem ultra privationem. Et si isti vellent se examini iterum subijcere, debet eos admittere, ut eadem etiam venia ipsis concedatur, quatenus reperiantur idonei.
Si institutio pertinet ad inferiorem, ita ut non dependeat ab aliquo iure provatus quod per Conc. sublatum est cap. 9 Sess. 24 presentatio soli Epo facienda est ad effectum examinis dumtaxat, non attenta etiam quacumque consuetudine immemorabili, que in contrarium invaluisset, prout sancitum est. Hic
Episcopus cui commissum est examen per literas apostolicas alicuius qui beneficium simplex obtinuit, poterit illud delegare, non ultra ante quod fuit in literis eius commissum narrata.

Sess. 7. de Reform. cap. 14.

Exempti § Non comprehenduntur Regulares exempti intra claustra degentes

6

Sess: 13. de asseruando S. Eucha.a sacram.

cap. 6.

In Ecclesijs Parochialibus semper Eucha.a reseruari debet in aliquo mundo, singulari, et signato loco, ut infirmis succurri possit, nec consuetudo excusat contra, nec paupertas Ecc.ae nisi forte subesset periculum a manu sacrilega, contra quod periculum satis cautum esse non posset, per quantumuis diligentem custodiam

Sess. 13. de Sacram.^{to} Eucs.^{a} Can. 7.

Deferatur ſ. Sed non ad domum ægrotorum ad finem illam deosculandi, sed adorandi t.m, quando grauiter decumbunt ut sumere non ualeant

Sess: 13. de sacram.[to] Eucha.[a] Can. 9.

Matris Ecclesiæ § Non satisfacit precepto qui comm.at ante uel post diem Paschatis non per manus Parochi sed aliorum qui habent priuilegium, preterquam in die Paschatis ut sunt regulares

Sess. 13 de Reform. c. 5m

In causis visitationis & ecc appellari pōt post diffinitivam sntiam, ita tamen ut appellatio non suspendat executioem & nisi grauamen hmoi & ut infra
Appelletur & et citra preiud.m cursus causae coram epo Metropolitanus non pōt cognoscere de grauamine ante diffinitivam, nec pōt ad offm predictum, absqz ulla inhibitione mandare simpliciter quod sibi transmittatur copia processus expensis appellantis
Appellari non pōit & Intelligr etiam de indebita carcerat ne et ideo ab hmoi grauamine appellari pōt, et Ordinus tenetr huic appellat.ni deferre, et sinere processum transferri ad Judicem appellat.nis Interim tn̄ reo manente in carceribus donec Judex appellationis causa cognita aliud iusserit

Sess: 13: de Reform. cap. 3.

Congreg.° Conc: censuit non esse distinguendum, an ad quere-
lam tertij, an ex officio Iudicis procedatur in c.a criminali,
sed hoc cap. vers: Is autem & intelligendum de persona Iudicis
qui in criminali causa sententiam tulit, et a quo appellatum fuit,
ut Is, s. quantum in se erit acta ipsa postulanti exhibeat
gratis, sicque nullam mercedem sibi ex non capiat, dictum aut
cap. 20. vers. (Porro) Sess: 24. intelligendum esse de persona
Notarij qui ipsam actorum copiam tenebitur appellanti exhibere,
congrua mercede accepta

Gratis & Congreg.° Conc: censuit si Cancellarij isti ijdem
sunt et Notarij, mercedem eis debere, ex decreto Conc. Sess:
24. cap. 20. alioquin nihil eis soluendum esse ex hoc
decreto

Terminetur & Consito de contumacia Iudicis a quo recu-
santis exhibere acta, partes erunt Iudicis ad quem sunt,
absoluere partem appellantem a molestationibus, et pro-
nunciare acta, et sententiam Iudicis a quo si unquam reperiantur
cassa fore et vana

Sess. 13. de Reform: cap. 4

Constitutis ¶ Non comprehenduntur Prelati mendicantium
Regularium, cum non habeant nomen dignitatis
Nec debent isti interesse in examinatione causae uel processus
sed tantum in solemni et actuali degradatione, tanquam assistentes
seu assessores
Et possunt ab Ordinario alteri personae in dignitate Ecclesiastica con-
stitutae, et non dioecesanae scientia sacrae Theologiae commenda-
biles

Sess. 14. de partibus et fructu Sacram.ti Pen.ae cap. 3.

Ego te absoluo ꝙ Congreg.o censuit intelligi in forma solita et consueta ab Ecc.a quia dicit ꝙ debet extendi secundũ consuetudinem et stilum

Sess. 14. de Casuum reseruatione. c. 7.

Sacerdotibus absoluerent &c. Id etiam pont Prelati Regulares in suos Regulares sibi subiectos, et superiores inferiores Epis seculares, qui habent Iurisdnem quasi Epalem in loco et nulli Diocesi nec ipsi nec eius subditi subsunt
Annexa est. Regulares non pont ex priuilijs presertim ex illo quod mare magnum appellant, eis concessis absoluere quemqe in casibus quos Epus sibi reseruauit
Nec pont absoluere ad cautelam tam in exteriori quam interiori foro eos, qui incidisse uidentur in Bullam Cene Dni
Et omnes qui audiunt confessiones pont absoluere a casibus Epis reseruatis uirtute bulle Iubilei indicti a Sumo Pont: cum facultate absoluendi a quibuscuqe enormitatibus reseruatis Sedi Aplice etiam in bulla Cene Dni, sed non uirtute priuilegiorum et facultatum per eos concessarum ipsis Regularibus et Confrnitatibus, ut puta Rosarij et aliorum priorum Locorum, ut in lib. Lrarum folio. 143. comprehenduntur etiam exempti, non autem qui sunt nullius dioc: qui ut supra possunt reseruare sibi casus
Custoditum semper fuit & Congregatio censuit Sacerdotem aliorqui idoneum, non tn ad audiendas confessiones approbatu iux: cap. 15. Sess: 23. non posse ualide a peccatis mortalibq absoluere penitentem in articulo mortis constitutum, ubi citra mortis periculum haberi pot copia Sacerdotis approbati, et longe id minus si ipsemet Parochus presens id prohibeat paratusqe sit infirmi confessionem audire, illumqe absoluere nec ulla subsit causa Parochum ipsum recusandi

Sess: 14. de Reform: cap. pm

Congreg.o Conc: censuit hoc decreto Conc: Sess. 14 cap p.o correctum esse. c. ex tenore, et. c. ad aures de temp. ordin. ampliatum, ita ut comprehendat quoque clericos seculares, etiam dignitates uel beneficia, quibus annexus sit ordo obtinentes, tum quoad facultatem prohibendi ascensum ad ordines, quam etiam suspendendi, ipsisque potestatem appellandi ademptam esse, fuitque etiam dictum, arctatum ad ordinem suscipiendum ex hoc non incidere in penam. c. licet canon de elect. lib. 6. iunct. c. ex comissa de elect. eodem lib. ac etiam quod si adimitur appell.o non tamen recursus

Censuit Congreg.o hoc cap. pm habere locum in suspensionibus et prohibitionibus, tam temporariis quam perpetuis, et temporalem prohibitionem et suspensionem dici eam ubi ex delicto occulto extraiudicialiter procedit Episcopus, ad suum beneplacitum, prohibendo, uel suspendendo quo demum tempus sue administrationis non excedunt

Sess: 14. de Reform: cap. 2m.

Episcopi. Conc. Lateranen. nouissimum permittit Cardinalibus in Eccl. iis suis istos hre Epos pro suffraganeis ibi Sess: 9. de Cardinalibus (omni conatu suo prouideant debite inseruiri Cathedralibus, dignos et idoneos vicarios, seu suffraganeos prout consuetudo fuerit, cum digna et competenti mercede) Pius V. post publicationem Conc. Trid: decreto suo Consistoriali sanciuit hmoi Epos non esse creandos, neqz in suffraganeos dandos, nisi Eccl. iis Cardinalium, et illis quę solent hre, et cum certo stipendio perpetuo ad minus 200. aureorum de Camera super fructibus illius Ecclie, qui propria auctte ab ipso percipi possint, et quod nullibi possit Pontificalia exercere sine expressa licentia Sedis Aplice, nisi in illa dioc: cui datus est in suffraganeum

Sess. 14. de Reform: cap. 3.

Congregatio censuit non comprehendere examinatos et promotos ad sacros Ordines a predecessoribus Epis nisi post promotionem noua causa superuenerit

Sess. 14 de Reform: cap. V^m.

Eos qui facultatem a Sede Ap^lica obtinuerunt eligendi sibi Conservatores, non esse cogendos ad eligendum aliquem ex ijs qui in Synodis Provincialibus aut Dioc: designati fuerint ex decreto Conc: Sess: 25. cap. X

S^mo approbante sententiam Congre^nis anno 1573. mandatum fuit vibus Procuribus Regularium notatis in schedula quod intra mensem in singulis Civitatibus Italiæ eligerent suos Conservatores coram quibus conveniri possint et eos stabiles habeant, sicut non liceat variare, et significarent eos Ordinarijs, quod si non fecissent et lapso mense, scribendum ad Ordinarios quod coram eos conveniri possint

Fuit quesitum, An literæ Conservatoriæ dari possint Epis sicut decisum est post Conc: dari posse Regularibus non obstante cap. 20. Sess: 24 de causis, in prima instantia post relationem factam ad S^mum? Censuit Congregatio d. cap. 20. non obstare quo minus Conservatoriæ dari possint Epis, ea forma qua ante Conc^m solebant, iuxta tamen formam quinterni Cancellariæ, sicut iam, et de Regularibus eadem Congreg^o statuit, cum hoc decretum nullam faciat mentionem de Epis in quorum favorem hoc decretum est editum

Si Regulares extra claustra Monrij degunt servandum esse quod decreto Sess: 7. cap. 14. statuitur, si intra Monria manent conveniendos esse coram Superioribus vel Conservatoribus non autem coram Ordinarijs aut alibi

Quod Regulares Conservatorem semel eligant, et coram eo tunc conveniant, neque illis liceat ab eo recedere et ad alium Conservatorem pro illius causæ expeditione confugere

Hospitalitatem servantia &. Sub istis verbis excluduntur Abbas et Conventus S^ti Antonij Viennen et aliorum similium

Intelligantur d. Literæ Conservatoriæ concessæ Univer^ti vel Regularibus vel alijs, quas hoc decretum Conc: voluit esse salvas, non sunt sublatæ altero decreto Conc: Sess: 24. cap. 20.

[illegible]

Sess: 14 de Reform: cap. 6.

In sacris fuerint &c. Dubitatur utrum eo ipso quod clericus in sacris constitutus non detulerit vestes clericales iuxta consuetudinem Patriae, et statuta Episcopatus sit suspensus etiam ipso iure pro prima vice, vel saltem debeat suspendi ab Episcopo iuxta hoc decretum. Congregatio censuit quod necesse est imprimis, ut praecedat monitio Episcopi, quae sufficiet per edictum publicum, post quam si quis deprehensus fuerit non deferre honestum habitum clericalem, suo ordini et dignitati congruentem, et iuxta Episcopi ordinationem, non erit quidem statim ipso iure suspensus, sed poterit, et debebit Episcopus eum etiam pro prima vice suspendere ad tempus eius arbitrio

Sess: 14 de Reform cap. 7.

An is qui mandauit aliquem baculo uerberari, ne occideretur. si mandatarius armis percusserit, et occiderit, intelligatur incidisse in decreto Conc: Sess: 14. cap. 7. adeo ut ab ordine, ac beneficio, et officio Eccl.co absque spe dispensationis perpetuo carere debeatur, Congreg.o censuit non incidisse

Mandans committi homicidium in personam unius, si sequatur in personam alterius. An intelligatur incidisse irregularitatem, quae contrahitur ex homicidio uoluntario, adeo ut super ea nec dispensari debeat cap. 7. Sess: 14. Nec Episcopus possit ex cap. 6. Sess: 24. quamuis homicidium sit occultum. Congregatio Conc: censuit non incidisse in irregularitatem quae contrahitur ex homicidio uoluntario

Careat §. Non comprehenduntur pensiones

Repellendo §. Congreg.o Conc. censuit hoc etiam habere locum cum agitur de repellenda ui illata Patri

Sess: 14. de Reform: cap. 8.

Hoc decretum Conc: loquitur de iis qui virtute privilij accad-
mittere volunt in non subditos, Epus loci delicti innititur
iuri comuni c. postulasti, et c. ult.º de for. comp. non privi-
legio de quo loquitur Conc.m Sic fuit responsum Epo, qui
dubitabat vigore huius decreti procedere contra forensem,
qui comiserat delictum in sua Dioc:

Sess: 14. de Reform: cap x.

Regulares sunt incapaces beneficij simplicis, etiam si esset Canonicus Regularis, non autem beneficij Curati iuxta dispositionem c. Quod Dei timorem, de stat: monach: sed non hodie, cum obstet Conc: Later: ad concordata in pag: 196.

An prèter Papam Ordinarij Collatores possint claustralia beneficia in titulum claustralibus professis provideri consueta, conferre etiam secularibus, qui illius ordinis habitum vno suscipere, et professionem emittere teneantur. Congreg.º Conc: censuit posse etiam Ordinarios Collatores, portiones monachales, et Canonicales, et similia simplicia beneficia claustralibus provideri consueta, conferre nedum illius ordinis professis, sed et secularibus qui habitum suscipere, et professionem emittere vno teneantur. Abbatias tamen, et beneficia administrationem habentia non nisi professis iuxta Canones per Ordinarios inferiores conferri posse. Item censuit in provisionibus beneficiorum, quas Ordinarij inferiores faciunt non professis, non esse apponendum decretum ex nunc prout ex tunc, et postquam in solis provisionibus apostolicis apponi consuetum, Item provisiones faciendas esse pure et simpliciter ad formam Conc: cap. x. Sess: 14. ut qui habitum vno suscipere, et professionem emittere teneantur.

Sess: 14. de Reform cap. XI.

Perpetuo § Potest tn Superior dare licentiam translato
ad modicum tempus standi extra Monrium causa predicationis
vel audiendi confessiones

Maneat § Omnes cuiuscumq; Religionis legitime trans-
lati ad Carthusianos, pont in eadem Carthusien Religione
in Claustro Priores, et extra claustrum procures esse

Sess: 14. de Reform: cap. 12.

Nemo q hoc decretum intelligendum de Iuribus patronatus ac,
quirendis post Concilium

Nec sunt sublatæ institutiones quæ ex immemorabili consuetudine
ante Concilium ad inferiores spectabant, et dummodo ad ipsos infe,,
riores constitutio hec alias legitime pertineat, ita ut non depen,,
deat ab aliquo iure patronatus, quod decretis Conc: sublatum
sit, prout disponitur Sess: 7. cap. 13. et Sess: 24. cap. 18. et
Sess: 25. cap. 9.

De stilo Curiæ Romanæ in simplici beneficio non dicitur Ius
patronatus ex augmento dotis

Sess: 14. de Reform. cap. 13.

Non liceat &c. Hoc decretum intelligendum est dumtaxat quoad examen faciendum ab Ordin.° de p̄sona p̄ntati, secundum aliud decretum eiusdem Conc: Sess: 7. cap. 13. non autem intelligendū ut censeatur ablata institutio, quam idem Conc.m voluit saluam esse vibus inferioribus Epo ad quos pertinet, ut apparet Sess: 25. cap. 9. ver: quod si ad inferiores &c.

Intelligitur de Iuribus pronatus hoc decretum acquisitis ante Conc: sed legitime, ideo eorum tituli ostendendi sunt Epo Ordrio, et si apparuerit hmōi iura pronatus recte et rite concessa fuisse, nec ex illis esse, quę reuocata sunt a Conc: Sess: 25. cap. 9. et data fuisse vel lege expressa, ut p̄ntatio fieret Caplo, seu Dignitatibus Cathedlis. Eccłae, saluum adhuc manere istud Ius p̄ntationis ex decreto Conc: Sess: 7. cap. 13. et Sess: 25. cap. 9. si tn̄ de simplicibus beneficiis agatr, examen prius faciendum esse ab Epo Ordinrio ex dispositione d. cap. 13. Sess. 7. et Sess. 25. cap. 9. Si uero de Parochialibus agatur seruandam esse formam prescriptam Sess: 24. cap. 18.

Intelligantur &c. Non sunt sublatę fundationes veluti si fundator Capellę reliquerit institutionem Capitulo

Sess: 21 de Reform: cap 1m

Consuetudo percipiendi ab Ordinatis ad primam tonsuram forfices, pectines, et mappas, preter faculas, pariterqz a presbiris mappas. intelligitur perinde ac corruptela reuocata, nullaqz eo nomie oblatio percipi pōt, preter eam, quam quis dum sacris initiatur (Pontificali Romano permittente) consueuit offerre.

Pro Collatione aut institutione Ecclesiarum Curatarum uel pro deputatione vicariorum in illis Cancellarius pōt in singulas accipere mercedem suo labori conuenientem, que tn scriptura sigillo, et ceteris iuribus computatis unum aurum non excedat, et dummodo ipsi Cancellrio salarium nullum pro officio suo exercendo prestitum sit, et ex pecunia quam accipiet nihil prorsus emolumenti collatores aut institutores ullo modo, directe uel indirecte percipiant, Idem declarauit S. D. N. Gregorius xiij.
Hoc decretum vendicare sibi locum in collone beneficiorum, et presertim Curatorum, nec pro sigillo aliquid accipere, non obstante quacumqz etiam immemorabili consuetudine

Item Epō Mazarien S. D. N. declarauit, non posse exigere annatam, pro confirmatione, uel benedictione Abbatisse, uel pro collone alicuius beneficij de mensa Epali, uel dimidiam annatam, si beneficium sit Juris patronatus

Et qui secus Etiam per aliquod priuilium quod aliqua Ecclesia haberet intuitu operis pij

Sess: 21. de Reform. cap. 2m

Non pot Epus pauperes Clericos in Seminario constitutos alias idoneos ad titulum Seminarij ad sacros ordines promouere

Potest Epus ordinare subditos suos ad ordines Diaconatus et Subdiaconatus, ad titulum et portionem Ecclesiarum mixtum, non obstante quod non participent de fructibus illarum, nisi post susceptum presbiteratus Ordinem

Circa Diaconos et Sacerdotes ordinatos post Concm non seruata forma hic tradita Censuit Congreo hoc decretum non comprehendere eos qui ante Concm promoti fuerunt ad subdiaconatu, et ideo sufficere quod post Concm promoti sint ad Diaconatum et presbiteratum, etiam absq3 beneo dum saltem ad titm primonij

Hoc decretum non comprehendit promotos ad subdiaconatum uel alios ordines ante Concm et ideo sufficere quod post Concm absq3 beneo habuerint primonium

Possidere § Quaeritur an obtinens parochalem Ecclesiam insufficientem ad victum, teneatur promoueri ad Sacerdotium infra annum iuxta c. licet. Cum Concm uideatur declarasse d. c. licet, intelligi de beneo Eccco sufficienti ad victum, imo prohibeat posse promoueri ad sacros Ordines. Congrego censuit non teneri sed tm expedire ut Smus declaret eum debere dimittere, Stas S. probauit hanc sntiam promouendi ut dimittat

Quod si beneum eet litigiosum, et curam aiarum hret tenetr obtinens sacros Ordines suscipere, si modo liberum habeat curae exercitium

Ante promulgationem Sacri Conc. Trid: Epus poterat promouere clicos suos ad diuersos titulos

Primo ad titulum primonij c. Sanctorum 70 distinct: 2o ad titulum paternae hereditatis. c. Epus de preben in fin: seu ad titulum proprij primonij. c. tuis de preben, 3o ad titulum alicui benefij. c. postulasti de iure patronatus, c. per tuas Sil 3o de sim: et Felin. in c. in nra de rescript. Corrol. 31. no 3

Quarto ad titm stipendij sibi ab Epo assignandi super fructibus

sue mensę Episc ad textum in c. Ep̃us de preben, Abb.
in c. cum secundum Apo: n°. xi de preb.. Quinto ad titm
pensionis seu stipendij sibi a laico assignandi Vot; in antiq.
dec. xi de preben dec 39 de rescrip in antiq decum alijs.
Quaeritur an eam exigat necitas vel comoditas Ecclesiarum
suarum poterit ad omnes suptos titulos clicos promouere,
Congregatio censuit quo ad 3m et 4m non posse, quo ad 5m
in terminis tm in quibus Conc. loquitur, nempe pro necitate
vel utilitate, Ecclesiae et dumodo talis Laicus sit vere faculta,
tibus idoneus ac in forma valida obliget se suosqz succ. ad
praestandum hoc stipendium et non alienandum sine licentia
Epi illa bona super quibus assignatum erit dictum stipendiu
hecqz obligatio duret donec ordinatus benefm sufficiens
aut pensionem aliunde erit adeptus.
Resignatio admittatur §. Est tutus in conscientia is qui be,
neficium habuit ex permutatione facta contra hoc decretum
reticendo quod benefm quod dimittebat erat titulus ad quem
erat promotus, si modo 2m benefm sit equivalens ei quod
dimisit
Possit § Quidam resignauit Canonicatum alteri et infra men,
sem tenetur dicere quod aliunde comode § moritur infra mensem
Ordinarius voluit conferre Canatum per obitum, Audit
Congreg. non posse, quia effectus, cum semel Papa
apposuerit manus.
Nulla sit § Quaeritur an habeat locum etiam eo casu quo
renunciatum fuit benefo longe ante Conc: obtento ab eo
qui non habet unde uiuere posit, litigabatur n. inter resig
nantem et resignatarium Audit Congre. propter gnalem
rationem decreti positam in principio huius cap. comprehendi
tam benefa obtenta ante Concm. quam post
Habent etiam locum omnia hec etiamsi benefa essent iuris
patronatus

Sess: 21. de Reform cap. 2m.

Hoc decretum prohibet resignationes voluntarias non autem priuationes

Primonium ¶ Potest aliquis ad sacros ordines promoueri ad titm bonorum quae ei donentur, si tn Epus iudicauerit cum assumendum pro necitate vel comoditate Ecclesiarum donationesq3 honoriue et absq3 ulla fraude in forma valida fiant de tot bonis quae promouendo sufficiant ad uitam honeste sustentandam, queq3 deinceps alienari nullo modo pnt sine licentia Epi donec ille beneficium sufficiens adipiscatur, vel aliunde habeat unde uiuere possit

Possint ¶ Quoad Jesuitas cum post sacerdotium exire non pnt nisi a Superioribus eijciantur, prouideatr illis de reddito saltem 40: aureorum annorum ex bonis religionis quo ad alios qui arbitrio suo exire quocuq3 uolunt, nec pnt, ne detr illis occasio exeundi ut fruantur illo reddito, uocentq3 prius et intelligatr quae alia uia, deinde mature delibe-randum

In Concilio Prouinciali Vlixbonen decretum fuit pro-mouendos ad titulum bratur, Jussit Smus deleri, et dixit se daturum breue Cardli Portugalliae ut solet doctores in iure Cano.co vel Theologia pnt ipso Cardlis preuio examine a se facto promouere ad sacros ordines ad hunc titulum brare, qua in re suam grauat conscientiam.

Smus audita relaone Congregnis Concil: statuit, Clericos Seminarij non posse promoueri ad aliquem ordinem sacrum ad titulum Semrij nisi pro separatio beneficij uniti Seminario et tunc cum assignatne certi annui redditus unde sic promoti uiuere honeste pnt quae tn assign.o cesset postq3 illi aliunde se eque sustentare potuerint

Familiaris per triennium et continuus comensalis domus Cardinalis petit licentiam promouendi extra tpra tribus diebus festiuis. Decretum fuit ut familiares Cardinalium possent vel

Sess: 21 de Reform: cap. 2.

licentia ipsorum Card.lium promoveri a Vicario Emi
Congreg.o censuit ex Conc: non posse Capla Sede vacante post annum
non arctatis concedere dimissorias ordinandis ad titulum pri-
monij siue pensionis, sed hanc facultatem esse reseruatam
Judicio proprij Epi

Sess: 21 de Reform: cap. 3.

In quibus &c. In hoc decreto agitur de Canonicatibus tenuibus &c. et fit ex necessitate haec deductio quando nullae sunt distributiones, vel ita tenues &c. quae distribuuntur inter essentibus tantum, sed in Sess: 22. cap. 3. deducitur haec 3.a pars ex dignitatibus et non ex necessitate sed in odium non residentium, et pars absentium non praesentibus sed alicui pio loco applicatur &c.

Haec 3.a pars non est intelligenda de corporibus possessionum praebendarum ut dismembretur necessario sed satis ut 3.a ponatur pro istis

Et fit ista deductio ex illis dignitatibus quorum fructus sint illius Ecclesiae in cuius choro hae dignitates sedem habent, secus vero si nullos fructus perciperent ex illis Ecclesiis, sed haberent proprios et distinctos a mensa Capitulari

Converti &c. Sed non licet ex hoc, et in Sess. 22. cap. 3. decretis distributiones quotidianas quae tamen certis horis Canonicis sunt assignatae, dividere in aliis horis Canonicis quae nullas distributiones habent, aut adeo tenues ut negligantur, sed accipere ex corpore praebendarum singulorum Canonicatuum tantam partem redditutum quantam sufficiat debitis distributionibus quotidianis assignandis horis istis

Ceteros divinis &c. Septem nimirum horis Canonicis

Proportionabiliter &c. Inter praesentes, Ordinarius potest cogere procuratores Capituli ad reddendas rationes distributionum quotidianarum

Qui plus contulit plus accepturus ad ratam

Distributiones quotidianae pro quibus dignitates ex hoc decreto contribuunt 3.am partem inter ipsas dignitates, ita proportionabiliter dividendae ut qui plus contulerunt, plus etiam ad ratam deserviendo lucrentur, portionesque non deservientium deservientibus accrescere, qualiter

Sess: 21 de Reform: cap. 3m

Ista 3a pars fructuum intelligenda est deductis pensionibus et alijs oneribus omnibus impositis et quamdiu illa durauerint

Sed de nouo impositae non comprehendunt istam 3am partem

Portiones absentium ex hoc decreto factae accrescunt deseruientibus, secus si ex cap. 3. Sess. 22. tunc fabricae, aut pio loco

Congregatio censuit contribuentes sic quilibet Canonicus tamen accipiat de quotidianis distributionibus quantum in eas contulit, de 3a parte suae prebendae, Ad portionem contribuendam tam ex hoc cap. quam ex cap. 3 Sess. 22. tenentur etiam, et compelli possunt Canonici qui in sacris non existunt

Nec excluduntur a contributione huius 3ae partis ij qui erunt Episcopi uel residerent in Parochiali.

Quando Episcopus usus est remedio huius cap. 3. Sess. 21. in detrahenda 3a parte ex dignitatibus, non potest uti remedio cap. 3. Sess. 22. in detrahenda alia 3a parte ex dignitatibus, et nihil dandum esse ijs qui nihil contulerunt

In augendis quotidianis distributionibus habenda est ratio omnium Canonicorum tam residentium quam non residentium

Nec potest deducere hanc 3am partem nisi ex Cantibus et alijs beneficijs in Cathedrali uel Collegiata uel illis unitis

Nec contra Rccam Cathedralem uel Collegiatam hoc decretum habet locum

Sess: 21. de Reform. cap. 4.

Episcopi + Hoc decretum constituendi novas Parochias et assignandi portiones novis Parochis, habet etiam locum in Parochijs quae Regularium sunt

Potest Epus compellere Rectorem ad sibi adiungendos alios Sacerdotes pro missis et alijs divinis officijs celebrandis, nedum Sacramentis administrandis ex hoc decreto Conc: adhibito tn aliquo moderamine multitudinis missarum

Et non potest assignare portiones ex redditibus illius Ecclae matricis, et non ex alijs Ecclesijs, nisi uniantur Eccae seu benefa

Parochianis parochiae quae intra ciuitatem sita est, qui extra ciuitatem habitant, et ob locorum distantiam seu difficultatem patiuntur incomoda, in percipiendis Sacramentis et diuinis officijs audiendis, succurrendum est remedio pntis decreti. et c. ad audientiam, de Eccl: Edific. ut erigatur noua Capella extra ciuitatem quae non sit Eccea de per se sed in proprietate mtricis Eccae in qua ponatur sacerdos amouibilis approbatus ab Ordinario, qui administret Sacramta illis qui sunt extra Ciuitatem quibus non pot in nocte quia portae Ciuitatis clauduntur + inc. all: Capi. 67

Matricem + Comprehendr etiam si eet Cathedralis, et qcunqs matrix:

Sacramenta + In oibus Ecclijs Parochialibus debet esse fons baptismalis nisi sint in aliquibus specialr Ecclesijs deputati fontes baptismales quae matrices seu baptismales Ecc.ae uocantur, ita ut fiat distinctio mricum Eccliarum ab alijs Curatis

Ex hoc decreto non licet Epo Parochias unire sed tantu nouas constituere

Licet Epo assignare sacerdotibus qui erunt prefecti nouis Parochijs secundum hoc decretum constitutis competentem

Sess: 21 de Reform: cap: 4.

portionem arbitrio suo ex vibus fructibus ad matricem perti-
nentibus, non dist inquiendo magis decimas, quam alia cor-
pora redditum eius

Sed non licet Epo loco erectionis faciendae, potius tertiam
partem populi separare ab antiqua Parochia, et alteri commo-
diori applicare, si uel exiguus numerus populi, uel inopia,
uel alia causa impediat, aut certe non postulet nouam erigi
Parochiam,

Assignatio facienda pro noua Parochia prius sit ex fructibus
ad Ecc^am matricem pertinentibus, et si ea non sufficiat,
tunc demum populus compellendus est, et si non potest
populus ob paupertatem, Epus debet de suo, ut Sustien
Congreg.° Conc: censuit quod Ecc.^a matrix, seu Parochialis
non acquirit Jus patronatus in Ecc.^a fundata intra suos
limites, nisi de suo aliquid contulerit, Nec obstat si diceret^r
quod oblationes futurae sunt loco dotis, quia adhoc ut ac-
quiratur Jus patronatus requiritur quod assignatio dotis
fiat tpe fundationis et non post, Limitat^r quando Ecc^a
ex necitate populi construit^r, ut in c. ad audientiam, de
Eccl: edif, quo casu erunt loco dotis et sic dotans, et
Rector Ecc^a matricis erunt ambo patroni, ut in d. c. ad audi-
entiam

Dotans insufficienter quod arbitrab^r Ordinarius non
acquiri Jus patr: sed dicitur benefactor

Quando occurrunt plures in dotatione licet equaliter non
contribuant, oes efficiunt^r patroni, etiamsi sufficientem
dotem ex se singuli non conferant, dummodo Ecc^a habeat
dotem competentem, quia ex quo ille qui plus contulit
admisit alium secum, uidet^r sibi comunicare Jus sibi
competens in illo patronatu

Ex quibus Congreg.° rendit Epo Montis Regalis, quod si ipse

iudice acquirit dotem, quae a quodam Laico promittebatur iunctis obventionibus (nam et necessitati populi consuluanda erat Ecclesia) esse sufficientem pro Ecclesia Parochiali de novo erigenda in terminis huius decreti, illam erigat et presbitero qui vocatur si per examen illum idoneum ad Ecclesiam regendam invenerit, conferat sine concursu pro hac prima vice

An Ordinarius in Erectione Parochialis Ecclesiae factae iuxta formam Conc. Trid. hoc cap. potuerit vigore eiusdem Conc. unire eidem Parochiali in actu ipsius erectionis unum ex quatuor Cantibus habentibus curam animarum annexam existentem in alia Ecclesia non Collegiata, quae erat Parochialis loci in quo nova Parochia fuit erecta. Congregatio Concilii censuit potuisse

Sess. 21. de Reform: cap. 5.

Forma iuris § Qua preterita nulla erit unio, requiritur tn consensus Capli iuxta ternos Clem. si una de reb. Eccl: non alienan

Curatorum § Non tn hospitalia etiam quod darentur in titulus et in quibus nulla exercerot^r hospitalitas ex cap. 8. Sess: 25. vers: Quod si hospitalia

Andit Congreg^v. cap. hoc quo disponitur posse Epos facere uniones perpetuas quarumcumqs Ecclesiarum Parolium et aliorum beneficiorum cum Curatis, propt^r earum paupertatem nō comprehendere beneficia Iuris patronatus, Et si necessitatibus Parolium provideri non possit unionibus permissis ad cap. v. tunc adhibenda remedia que posita sunt in cap. 13. vers: In Parolibus. Sess. 24 Quod si nec pot provideri necessitatibus Parolium remedijs ptis propositis in d. cap. 13. habere Epum remedia iuris cōis, quibus uti potest adv^s. patronos illarum Ecclesiarum que sufficientes redditus non hnt, pro cultu divino, et sustenta^ne Rectoris, Item Parochiales uniri posse alijs Paroch: ita tn quod unus Rector ualeat ambus illis Ecclijs inseruire habita ratione vicinitatis locorum, et numeri Parochianorum

Quod posse compelli patroni ad prestandam congruam sustentationem uel patiantur illam uniri. Abb. in c. ad Audientiam de Eccle: edif: n°. 4. et 5. et Glos: notab: in c. Quicumqs. 2. 16. q. 7.

Censuit Congreg^v. dignitati Curate uniri posse aliam dignitatem ex causa paupertatis iuxta hoc decretum et in Sess: 24. cap. 13. eamqs unionem facere posse Abbatem, si sibi hanc facultatem uniendi legitime prescripsit, aut ex privilegio in Eccl^a. sibi pleno iure subiecta, Jurisdictionem quasi Epalem habet, in ambus et per via, alioqui unionem faciendam esse per Epum, cum consensu ipsius Abbatis et Capituli

[illegible]

Sess: 21 de Reform . cap. 6.

Deputare ¶ Nec deputatio ad eum spectat qui pōt instituere concursum, nec ideo Parochus cui datus est coadiutor poterit abesse a residentia

Appellationes ¶ Ad effectum suspensiuum sed non deuolutiuum

Sess: 21. de Reform: cap. 7.

Ex quibus casibus et quas Ecclesias possit Episcopus profanare. Congregatio censuit omnes tam Parochiales quam alias dirutas aut nimia egestate laborantes

Impositis &c. Nec per Episcopum nullum onus nouum imponendum est ex coniecturis uel uerisimilitudinibus quod in fundatione non extat nisi solitum

Transferantur &c. An facultas transferendi Ecclesias collapsas nimia egestate laborantes, competens Episcopo uigore huius decreti, competat etiam eius generali Vicario, An eiusdem capitis dispositio procedat etiam in Ecclesia, que non prorsus est collapsa sed maiori ex parte uel ruinam minatur: Ad primum censuit Congregatio non competere sed requiri speciale mandatum. Ad 2m non procedere

Remota &c. Idem intelligendum in instaurandis uel reficiendis uel de nouo edificandis domibus pro necessaria Parochi habitatione

Sordidos &c. Qui dicantur usus sordidi arbitrio Ordinarij hoc totum relinquitur

Et Lumina ruine, et alia ex istis Ecclesijs conuertenda sunt in utilitatem Ecclesie arbitrio Ordinarij

Sess: 21. de Reform: cap. 8.

Comprehenduntur hoc decreto etiam illa Monria Commendata perpetuo unita alijs Ecclesijs uel pijs locis et si ipsa pia loca essent sub Regum protectione ut in. c. 8. Sess. 22.

Non habet locum hoc decretum ubi uiget regularis obseruantia licet Monrium sit Commendatum

Sess: 21. de Reform cap. 9

Regularibus non licet publicare, uel proponere Populo Indulgentias, olim, et de nouo sibi concessas, sine licentia uel approbatione, uel auctte Ordinarij iuxta hoc decre, tum, similiter illas que Confraternitatibus quibuscunque sunt concesse

Presbiter qui accedit ad accipiendas primitias frugum siue a[n]ialium que offerri sponte solent deuotionis causa Ecclesie sue non comprehendr hoc decreto

Admittantur ℓ Non pont prohiberi a questoribus siue mendi, cantibus S.ti Antonij de Vienna fres mendicantes alicuius Ecc.a proprie S.ti Antonij, quo minus sub noie S. Antonij eorum Conuentus mendicent et querant

Locorum ℓ Nec aliquis sine eius licentia uel auctte poterit publicare, non obstante quacunque exemptne, etiam si rlaris sit, aut in Ecclijs ipsorum rlarium etiam pretextu priuiliorum, et confrnitatis Rosarij, sed per Ordinarium loci adhibitis duobus de Caplo debitis temporibus populo publicari dent

Decernit ℓ Gratis, Idem etiam in concedendis licentijs An ut questores arceantur, pont Ordinarij facultatum a Superioribus rlarium, elemosine querende ca concessa, rum aliquam cognitionem, et qualem hre.

Congreo. censuit ex Conc. non prohiberi rlares mendicantes quo minus elemosinas querant non tn alios eorum noie et auctte quoquomodo posse queritare, illos tn extra loca ubi sita sunt Monria elemo.as per eandem dioc: corrogantes teneri ad ostendendam Ordino. licentiam suorum superiorum

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Sess: 22. de Sacrificio Missæ cap. 6.

An Epõ prescribere volenti certa tempora, nempe dies Do-
minicos 4. et. 6. feriam, quibus liceat viris laicis coniugatis
negotiatoribus et mulieribus, et non coniugatis S.am Euch.am
sumere, ob irreverentiam quam posset quotidiana huius Sacrati
sumptio in sua diocesi parere, obstet hoc decretum. Cong.o
Cendit Epõ non licere hmoi tempora prescribere.

Sess. 22.

In decreto de obseruan et euitan in celebrane Missa

Datur ¶ Non prohibetur quin Sacerdotes nouas missas celebrantes post offertorium uertant se in medio Altaris ad Populum, et ibi accipiant elemosinas et oblationes ab offerentibus, quemadmodum faciunt Parochi diebus festis, sed prohibentur perambulationem per Eccam, similesque extorsiones, Nec etiam improbatur generales uulgari sermone confessiones facere

Prohibeant ¶ Ratione obligationis pot recipi elemosina inter partes stabilita pro missis celebrandis, et promittentes soluere potest conueniri. Caiet: in sum: in uerb. Simonia Reg. 5. et Sot. de iust. et iur: lib. 9. quest. 6.

Domibus ¶ An per hoc censeatur derogatum priuilio Epis locorum de quo in c. fin. de priuil: lib. 6. Rndit Congo. non censeri derogatum. An Epi uti posint eodem priuilio c. fin. extra casum absentiae a suis Ecclijs et diocesibus, uel uti ex ca ualetudinis aut alicuius magni incomodi, uel imminentis periculi. Rndit Congreo. uti posse ex ca legma

Presupposita declaratur abs dita, secundum quam licentia celebrandi in Oratorijs priuatis petenda est a Sede Aplica nec eam posint concedere Epi. An Epi ualentibus commode ad Eccam accedere liceat in oratorijs ad hoc in eorum domibus destinatis missam celebrare, uel alijs celebrandi licentiam concedere non obstante hoc decreto Rndit Congreo. licere, diebus tn dnicis et festis non debere Ecclesiam esse

Utrum Epus attento Conc. Trid. decreto in oratorijs existentibus in domibus priuatorum, celebrandi missam licentiam ex causa concedere possit. Congreo. censuit non posse, sed hanc licentiam petendam esse a Sede Aplica prout post Conc. Trid: hactenus seruatum est

Congregatio aliàs Epo Regiensi, An Epus posit restrin

gere licentias obtentas celebrandi in varijs priuatis ad casus necessitatis? Rndit Congregatio non posse si huiusmodi licentie concesse sunt a Sede Aplica, sed debere earum formam obseruari, visitando tamen hec Oratoria si decenti in loco ornatoque esse, et licentias ab Epis concessas fuisse reperierit; posse eas restringere prout conuenire videbitur

Et quid in loco ibi distincto, non tamen Oratorij formam habente si adsit altare? Congregatio Conc: censuit oportere Oratorij formam habere et uisitari atque approbari ab Ordinario

Itidem in domo Principis, quasi non ueniat sub appellatione domus priuate? Rndit Congregatio hec quoque loca comprehendi dicto decreto Conc: Item an in arcibus seu Palatijs Baronum in locis ubi Jurisdictionem exercent. Idem rndit Congregatio

Strepitus ¶ Congregatio censuit Judices etiam Ecclesiasticos qualis est Vicarius cum adiunctis, Judicium non posse exercere intra corpus Ecclesiae in Sess: 25. cap. 6

Numerum ¶ Comprehenduntur etiam misse ad deuotionem aliorum, non ex superstitione, ueluti 3. de Trinitate, quinque de quinque plagis Dni et similibus cum totidem candelis

Procuratores claustralium non tenentur habere Oratoria ad diuinum cultum tantum dedicata, si pro negotijs Monachorum extra claustra degunt, sed si uoluerint habere, prius debent esse ab Ordinario approbata

Omnes Religiosi debent expectare claram diem ad celebrandum

Regulares non possunt eorum instituta seruare que minus consentanea uidentur esse Concilio Tridentino

Populum ¶ Sed neque poenis neque mulctis, potest populum Epus astringere, neque in casu notabilis negligentie aut contumacie, non modo ut accedat ad audiendam Missam et sacram Concionem in Ecclesia Paroli, sed etiam pueri cogi non

In decreto de obseruan et euitan in celebrane misse

veniant ad discendam doctrinam Xpianam ibidem

Neqz potest Epus prohibere quod diebus festis solemnibus misse non celebrentur in Ecclijs Regularium ante missas solemnes Eccae Cathedralis, uel Parochialium, neqz pro-hiberi ipsis Regularibus si huius consuetudo extat in illis partibus, ut in eorum predictis missis solemnibus, non fa-ciant confessionem et dent gnalem absolutionem, et dies festos anuncient

An si Regulares aliqua indecentia aut prohibita in Ecclijs suorum ordinum habeant, ex Conc. Prouinli, possit Ordin. etiam contra ipsos Regulares, eorumqz Eccas prout ei uidebitur etiam per uiam interdicti uel censurarum pro-cedere? Congrego. censuit posse dum tn ad interdictum non procedat, nisi rite, et recte obseruatis ordibus a iure requisitis

Sess: 22 de Reform: cap. 3.

Intellexit Congreg.° hoc decretum Conc. hic locum non solum in illis Ecclijs in quibus nullum ab ipsis dignitatibus seruitium prestatur, sed etiam in illis in quibus prestatur, sed minus competens, ut in una Cesaraugustana non obstante statuto quo pretendebant certum sibi seruitium prefixi.

Dignitates et officia obtinentes in Ecc.ª Cesaraugustana de quibus in hoc cap. non comprehendunt.ʳ sub dispositione Conc: cap. 12. vers: Preterea obtinent. & Sess: 24. ut ad prestandum seruitium nouem mensium iux.ᵃ eius decreti formam possint compelli.

Uniones de beneficijs reseruatis ualideæ sunt, si modo factæ fuerint ante ipsorum uacationem; Quod si post uacationem factæ reperiant^r nulla sunt, et prouisi a Sede aplica mitti dnt in possoem dictorum beneficiorum

Illud autem in contributione Seminarij obseruandum est, ut prius detrahatur totum id quod ex causa oneris perpetui puta 4^a fructuum quæ soluitur Cameræ Episcopali et similium, et ipsa solutum erit ab ijs qui Sem^rio contribuere tenentur.

Conc^m non comprehendit hospitalia quæ administrantur a laicis, et in quibus sunt bona laicorum, sed ea tm quæ dant^r in titulum, uel administrationem perpetuam, atque ita etiam intelligitur Clem^a quia contingit ibi allegata

Item quod Conc^m ibidem cogit ad Seminarium illas Confraternitates quas nonnulli uocant scholas, quæ sunt de bonis Ecc^cis et intuitu bonorum Ecclesiasticorum

Congreg^o censuit si fructus ac redditus Ecc^a Collegiatæ consistunt in distribut^es quotidianas, quæ solummodo dari solent diuinis personaliter interessentibus, non teneri Caplum ad contributionem Seminarij

S. D. N. Gregorius xiij. audita relatione Congre^nis, udit

portionem quam Semi.rio contribuere tenebatur, ex beneficio quod postea unitum fuit Monrijs, vel mendicantium vel eorum qui idem ac mendicantes gaudent privilegijs, ut est Societas Jesu, non posse amplius exigi, propterea quod beneficij status immutatus sit, adoptione eorum qui ex Vij. vel S. mo privilegio ab huiusmodi onere Seminarij exempti sunt

Regularibus non mendicantibus, pretendentibus eorum Monria exempta esse ab hoc decreto Conc., ex eo quod in illis lectiones Gramaticales et casuum conscie pro audiendis confessionibus quotidie habeantur. Rndit Congreg.o non esse ob id exempta, sed tm eius impensae ronem habendam, quae ante Conc.m fieri solebat, pro salario horum Lectorum et eam tanquam aes alienum detrahendam, de reliquo contribuendū pro Semi.rio ad ratam

Idem S.mo declaravit ex sntia Congreg.nis Equites Hyerosoli.ni teneri ad contribuendum Semi.rio pro illis beneficijs Eccl.is quae ad suam Religionem Hyerosoli.nam non pertinent

Bona Jurispronatus Eccl.ci non posse Semi.rio uniri. censuit Congregatio

Si bona monialium de quibus quaerebatur, non reperiuntur descripta in libro x.tur, censuit Congreg.o de his non teneri contribuere Semi.rio, secus, si reperiantur quidam descripta et taxata in libro x.tum sed tm intuitu paupertatis monialium nunquam soluisse x.mas, eadem ratione immunia esse a dicta contribut.ne Sem.rij, similiter ea via quae ob eorum paupertatem fuerunt facta immunia a solutione x.tur, sed teneri si bona aliqua possident vel ea habuerunt in fundat.ne, vel per aliquas uniones de quibus bonis oia Eccl.a unita soluunt

Item censuit Congregatio in monrijs mendicantium bona immobilia possidentibus, nisi Epus probaverit uniones, beneficij

officiorum, aut perceptiones aliorum redditum Ecclesiarum non posse ab ipsis mendicantibus quicquam pro Seminario exigere.
Epus contra contumaces et inobedientes pot procedere in iis quae spectant ad hoc decretum conc. Semii quod Sacri Canones postulant.
S. D. N. Clemens viij. die 27. Octobris 1592. facultatem fecit ut Epi in taxa facienda pro Semiis possint servata tamen forma tradita in cap: 18. Sess: 23. de reform: onerare Bnficia, nedum in dimidia xma habito respectu ad antiquam taxam iuxta Pij v. decretum, verum etiam in maiori summa, prout Bnficiorum et locorum habito respectu iustum et equum uisum fuerit
Quae omnia. Tenetur Epus cum Consilio eorundem, tam circa institutionem, disciplinam, ac mores Clericorum, quam circa temporalium rerum administrationem ac omnium rerum, quae hic exprimuntur providere, et sufficit illud Consilium requiri tm potius pretereà Epus eorum consilio adhibito statuere ipse et declarare, quae pro prud.a sua magis expedire iudicaverit
Elegerint. Quos ad libitum Epi non pont mutare nisi ex iusta et legma causa
Ad Collegij fabricam. Non potest Epus uirtute huius decreti applicare et unire Semio. bnficia quae sunt inferiorum collationis
Cum consilio. hi omnes quos deputati adhibendi sunt in consilio in hac tota temporalium administratione et presertim in oibus casibus hic expressis in unione Bnficiorum et reliquis preterquam in exactione quae ad solum Epum spectat, qui omnes quos sunt perpui, nec amoveri possunt nisi ex legma cá
Nec ualet unio facta ab Epo sine requisitione quae hic ponitur
Vel docentium. Intelligitur Semiius clericorum secularium
Voluit. Tenentur tn contribuere pro reliquis fructibus deductis expensis Seminarij quae deducuntur tanquam aes alienum

Sess: 23. de Reform: cap. 18

Appellantur. ℣. Non autem si ex eleemosinis, et collectionibus fratrum redditus consistunt

Simplicia ℣. Non autem si sint ad collationem et provisionem Inferiorum

Dignitatis fuerint. ℣. Non autem Monia quae sunt in Comendā

Ante vacationem ℣. Ut unio facta sit non prout ex nunc sed in futurum, ut per decessum obtinentis censeatur beneficium incorporatum et unitum Seminario

Compellant ℣. Et solventes pensionem pnt retinere ratam taxae debitam pro Seminario, ut Seminario sit satisfactum.

Simplicia ℣. Non tn̄ si fuerint Iurispatronatus Laici. Eccl.

Iure Can.co ℣. In qualibet Universitate approbata, nec obstat quod non sit ex illis quae sunt in illa Eccl.ma in qua esset Scholasteria

Postremo ℣. Ex hoc decreto Congregatio Conc: censuit Conc.m Provinciale Burdegalense potuisse recedere a supra forma circa unionem et contributiones

Sess: 24 . de Reform: matr: cap: p^m.

An sit pro matrimonio iudicandum si duo contraxerunt ex libero utriusque consensu coram Parocho aliena prop.a quod uel eorum Parochus esset publicus Hereticus, uel profugus, uel q.a Ecc.a Parochialis carebat suo Rectore . S.mus D. N. Gregorius xiij . ex sntia Congreg.nis declarauit iudicandum esse contra matrimonium, posse tn eos iterum contrahere ualide, coram proprio Parocho uel alio sacerdote de consensu Ordin.rii si non adsit aliud legitimum impedimentum.

An denunciationes permittende sint loco sponsaliorum, quorum nulla sit mentio in decretis Conc.ii Congreg.o nouit nihil hac de re decretum esse a Conc: Trid.

An persone que matrimonium contraxerunt ante huius Conc. confirmationem in gradu olim prohibito, et per hoc decretum Conc: nunc permisso, licite in matrimonio possint manere. Congregatio censuit non posse absque dispens.ne et seruandam solemnitatem prout lre dispensat.nis mandabunt.

Quid de prole suscepta in matrimonijs clandestinis, si ea dissolui debeant sit statuendum? Congreg.o Conc: censuit illegitimam et nisi iterum contracta sint matrimonia seruata forma Conc: et alias ualide

Qui contraxerunt clandestine possint si pariter dissentiant inuicem se disiungere lz consumauerunt, et aliquandiu cohabitauerunt, sed grauiter arbitrio Ord.rii sunt puniendi, sed non sunt inhabiles ad contrahendum cum alijs, nec possunt cogi ad inuicem contrahendum, seruata forma Conc. nisi sponsalia per uerba de futuro cum iuramento contraxissent, tunc seruandum ius comune

Presupp.o quod Rector habeat Parochianos in duabus dioc: et quidem in una ipsa Ecc.a Parochialis cum maiori Parochianorum parte existat, in altera sit sita domus Rectoris, in qua modo ipse modo eius Cap.nus residere consueuit, si alienus Sacerdos absque debita licentia Parochianos eius matrimonio coniunxerit ac propterea in suspensionem inciderit ex Conc. Sess. 24 cap.

pº de reform. mrimonij vers: Quod si quis Parochus: Dn. absolutionem obtineri debeat ab Ordinº in cuius dioc. ipa extitit ubi etiam presupponitr Rectorem habere domum conducticiam, vel potius ab alio, in cuius dioc: hēt domum propriam maxime si Parochiani sic coniuncti mrimonio, fuissent eiusdem dioc:

Congreg.º censuit executionem hmoi spectare ad Epum foro Semproniensem, cuius dioc. esse proponuntr sponsi sic mrimonio coniuncti et non ad Epum Senogallien cuius dioce. sanus erat Sacerdos qui coniunxit.

· An omissio edictorum qui precedere dnt celebratnem mrimonij ex constitutionibus Synodalibus dioc: et consuetud. immemorabili quam seruandam esse et post Conc. Trid: Congreg.º declarauit reddat mrimonium clandestinum, prolemqz ex eo illegitimam perinde ac si mrimonium contractum ect sine Parocho et testibus.

· Censuit Congreg.º non reddere, sed utiqz contrahentes incidere in penam excōicatnis constitutionibus Synodalibus propositā

· Non pertinet ad substantiam mrimonij ut Parochus aliqua verba proferat, ideoqz valet mrimonium quauis verba exprimentia consensum prolata sint tm a contrahentibus dumodo Parochus adhibitus a contrahentibus sit presens, et intelligat id quod agitur, lz dissentiat et contradicat

· Parochus adhibitus intelligr, etiam si ex alia ca ect vocatus, dumodo sit adhibitus ad illum actum

· Sponsus qui sponsam seduxit, et stuprauit, non pōt puniri ab Epō pena contra stuprantem a sacris Canonibus inflicta pretextu quod hodie ex hoc decreto Conc: sponsalia post copulam subsequtam non transeunt in uim mrimonij ut erat ante Conc: sed grauiter arbitrio Ordinarij dūtaxat sunt puniendi ex hoc decreto, Monendi tn sunt iot. sac. confessalibus quam primum contrahant mrimonium, per verba de pnti coram Parocho et testibus ne sponsi hoc periculum subeant, maxime si ipi a sponsa ante cōsumatnm mrim.i id petierint

Sess: 24 de Reform: mri^{mij} cap: p^{m}

Mrimonium contractum coram Coad^{re} in administrandis Sacram^{tis} Parochi uel Vicarij perpetui in illa Parochia ualet

Item ualet si fuerit contractum coram Parocho notorio fornicatore, non tn in iudicio condemnato, uel confesso

Qui promittunt contrahere mrimon^{m} coram Parocho et testibus, et Notario qui recepit desuper Instrumentum cum Iurato in manibus ipsius Parochi prestito deinde sequuta est inter eos carnalis copula, nullis factis denunciationibus, sunt puniendi grauiter arbitrio Ordinarij, qui det tale mrimonium nullum esse declarare, et si postea uoluerint contrahere per uerba de pnti, id eis permittitur, seruatis tn ex decreto Conc: seruandis, et dummodo nullum aliud impedimentum Legitimum adsit, si aliter quoqs alterum uoluerit cogere ad obseruandum sponsalia iurata iuxta dispositioem c. ex litis 2°. de spons. id eis pariter permittitur

Omissio denunciationum non facit mrimonium nullum

Omnino inhabiles hic uersiculus nihil pertinet ad sponsalia per uerba de futuro contracta, sed tm intelligitur de mrimonio per uerba de pnti concto

Martha que contraxit sponsalia de futuro cum: N. cum quo carnalis copula sequuta est, potuit ingredi monrium et habitum Religionis suscipere, in eoqs et permanere et profiteri, et postqs professionem emiserit tunc ab Ordin° pronunciandum licere N. mrimonium libere contrahere cum alia muliere

In prohibitione facta ab Ordin° ne Parochus in mrimonium coniungat aliquos, ita tollatur, seu suspendatur Iurisd° Parochi, ut ad celebrandum mrimonium non sit Legitimus Parochus, mrimoniumqs coram eo conctum nullum sit: Rndit Congregatio mrimon^{m} ualere

Quod si hec prohibitio facta sit non ipsi Rectori princli sed eius

Sess. 24. de Reform. matrim. cap. 1.º

Vicario, qui ad nutum Ordinarij amoveri pot, an matrimonium in quo contra Ordinarij prohibitionem interuenit Vicarius iste ualidum sit: Rndit ualidum esse.

Quero si inuitus et compulsus per vim adsit Parochus, dum contrahitur matrimonium praecedente uel non praecedente dicta prohibitione tale matrimonium subsistat. Rndit subsistere.

Et quid si Parochus abfuerit nihil tamen eorum quae agebantur uidit uel audiuit, utrum tale matrimonium sit nullum, Rndit non ualere, si non intellexit, nisi ipse Parochus affectasset non intelligere.

Concilij Rauenn. 2.º fuit approbatum decretum in Congregatione quod ij qui peractis denunciationibus intra quatuor menses non contraxerint, non possint contrahere nisi iterum peractis denunciationibus arbitrio ipsius Episcopi.

Matrimonium contractum per verba de presenti de anno 1566. circa xm uel xj annum etatis mulieris, in reliquis seruata forma Conc. Trid. subsequuta carnali copula, et eo tunc, ac insimul cum Viro, cohabitatione per multos annos, dum hodie post legitimam etatem ipsius mulieris, transeat in uerum et ualidum matrimonium, eadem forma Conc. Trid. non adhibita, Congregatio censuit non transire nisi iterum coram proprio Parocho per uerba de presenti contrahatur iuxta formam Conc.; si modo tempore adueniendis pubertatis mulieris ante copulam publicatum fuerat in Parochia contrahentium decretum Conc. Sess. 24. cap. 1.º de reform. matrimonij, et elapsi erant 30. dies a prima publicatione, sic saepius rndit Congregatio etiam in casu quo mulier habebat circiter 12m annos, et sic uidebatur proxima pubertati, quae cohabitauit per 8. annos cum viro, sed non cognouerunt se carnaliter, Pretendebatur n. mulierem esse arctam, cuius causa fuit dissolutum matrimonium, deinde inuenit qui reseraverit seras, Vir repetebat mulierem eo c. frigiditatis, de frig. et malef. illa noluit redire, sed opposuit de nullitate matrimonij.

Si impedimentum eo ui et metu presupposito occultum sit, non est

iprosi iterum contrahere repetitis solemnibus alijs ritu iuxta formam huius decreti adhibitis in p.o conctu, Si autem hmoi impedimentu fuit manifestum, mrimonium de nouo contrahendum est seruata forma Conc. in hoc decreto iuxta responsum Congreg.nis alias datum in casu mrim.ij concti inter consang. ac etiam secundum declarat.nem Pij. V. de qua testatur Nauarr. in Sum. c. 22. n.o 70. his uerbis, sed quod ualde notandu est, Fel. recor. Pius. V. declarauit non esse illos necarios in contrahendo denuo mrimonio ab ijs qui illud publice cum denunciat.ne sufficienti contraxerut, sed prop.r aliquod impedimentum occultum est nullum, quo sublato oportet ut denuo contrahat.r qua declarat.ne sacrum Penitentiariae pretorium frequenter utit.r

Mrimonium per uerba de pnti per puberem et impuberem conctum clandestine, non seruata forma a d.o Conc. tradita resoluunt.r in sponsalia de futuro iuxta c. vnicum § p.o de sponsal. impub. lib. 6. Congreg.o probauit hanc sntiam, et mrimonium hoc ualere tanqs sponsalia de futuro

Matrim.m per uerba de pnti conctum contra formam Conc. non resolui in sponsalia de futuro, ita ut is qui renuit iterum contrahere per Ordinarium compelli poit. Censuit Congre.o

Prouinciae ritum § Quae uerba non pertinent ad substantia Sacram.ti mrimonij, ideoqs ualet mrimo.m etiam quod uerba [illegible] consensus prolata sint tm a contrahentibus et non a Parocho dumodo adsit pntia Parochi quae sufficit absqs ipsius Parochi uerbis

Nisi Ordinarius ipse § Non permittitur hec facultas Comendrio licet eius Abbatia iura Epalia habeat, cuius Abbas appellatione Ordinarij uenit iux.a gloss. in c. fin. de offic. ordin. in 6. Sicut n. Sm9 D. N. Gregorius xiij, quod Ordin.s hic non intelligit.r nisi Epus, tamen Card.li Farnesio Com.rio Farfen Monrij fuit permissum, non autem eius Vicario

Denunciationes remittantur § Epus potest post contractum mrimonium ante illius consumationem remittere denunciationes

sita ipse expedire iudicauerit, Et pot Epus ex alia causa arb.o suo remittere denunciationes etiamsi non sit suspitio quod mrimo.m malitiose impediatur scdm eius prudentiam et Judicium

· Pot etiam Epus secundum tn eius prudentiam et iudicium ob vicinitatem tporis quo prohibentur nuptie remittere aliquas denunciationes sed non pot iubere fieri diebus non festis

Quando contrahentes sunt diversorum Parochianorum, denunciationes sunt faciende in ambabus Parochijs

· In facie Ecclie procedatur + In priuatis domibus pnte Parocho cum duobus aut tribus testibus, rite celebrari pot mrim.m inducendi sunt tn quoad fieri poterit contrahentes, ut in Ecc.a celebrent

· Quam pnte Parocho + Proprius Parochus est in cuius Parochia contrahentes habitant tempore quo mrim.m contrahunt

· Si Sacerdos alienus non habuit licentiam neqz ab Ordin.o neqz a proprio contrahensium Parocho, Ordin.s non debet irritare mrim.m, sed tn declarare irritum esse q.a cum Conc.m iam illud irritum fecerit, non est ulterius irritandum, sed opus est sola declarat.ne quod irritum sit, sic etiam si esset Parochus, sed non Parochus contrahensium

· Et si sunt diversarum Parochiarum sufficit ut sit Parochus, sive viri sive mulieris

· Vel alio sacerdote + Matrim.m contractum coram Clericis non Sacerdote etiam de licentia Parochi, non ualet

· Seu Ordinarij licentia + Intellig.r etiam de Gnali Vica.o Epi qui hanc facultatem et concedere potuit. Nec sufficit tacita que resultat ex tollerantia, req.r uero uel Comissio gnalis administrandi oia Sacram.ta uel si hec non adsit expressa et spcalis licentia

· Vicarij et tporales ad nutum amouibiles Ecc.ar Parochalis que Sacram.ta administrant et mrim.ijs interueniunt sicut ipsi interuenire pont, ita etiam dare licentiam alijs pnt interueniendi Jta decidit Rota in vna Barchin.e

Sess: 24. de Reform: matrim.ii cap. p.m

Ordinarius non potest prohibere contrahentibus, ne celebrent matrim.m alibi quam in Eccl.a sed bene hortari.

Congreg.o Conc: censuit matrim.m ualidum esse, nec ei obstare intentionem Epi, qui alio Parocho quam proprio Parocho per errorem comisit matrim.m per uerba de pnti celebrandum

Omnino inhabiles reddit. Sponsalia de futuro per carnalem copulam subsequutam, non transeunt in matrim.m debet tamen Epus cognoscere an possit, et censura Eccl.ca cogere renuentem ex coniugibus ad obseruandum sponsalia de futuro iuxta tradita in c. ex litis 2o de sponsal:

Sponsalia quoque inter impuberes ante etatem etiam unius ex sponsis contracta per uerba de pnti seruata forma Conc: ut hic, non transeunt in matrim.m etiam subsequuta copula post etatem, non seruata de nouo eadem forma Conc: de qua in hoc decreto

Non impediunt.r aut quominus iterum possint contrahere iuxta formam hic prescriptam

Et non sequuta copula nullum erit impedimentum quin cum consanguinea, uel affine contrahere quis possit, secus uero si esset sequuta copula, si n. in p.o uel 2o gradu essent, uerum esset impedimentum ex fornicatione

Et annullat. Matrimonia per uerba de pnti clandestine contracta, irrita et nulla sunt, sponsalia aut per uerba de futuro contracta, relicta sunt in illis terminis, in quibus erant ante Conc.m Nec ualent tanquam sponsalia de futuro

An sit matrimonium si duo contrahant per uerba de pnti proprio parocho pnte et alijs requisitis non omissis, cui contractui Parochus formaliter adhibitus non fuit, sed dum forsan conuiuij, aut confabulationis, aut aliud tractandi causa adesset, audiuit huiusmoi contractum fieri, et postea alter contrahentium uelit ab huiusmoi contractu ratione huius defectus resilire? Rndit Congreg.o posse, nisi alia interuenerint que Parochum a contrahentibus adhibitum fuisse arguant, qui d.r adhibitus ut

supra, quamuis ex alia causa esset uocatus: dummodo sit adhibitus ad illum actum
Statuitque benedictionem ꝑ Petenti an ob difficultatem exigendi id quod Parocho debetur ante benedictionem ex laudabili consuetudine, possint cogi coniuges ad illud deponendum contra doctr: Abb. in c. Ad Apostolicam n.° 2.4 in fin. Rndit Congreg.o petitioni indigne non uisum respondendum
A proprio Parocho fieri ꝑ Is erit proprius Parochus, qui proprius Parochus uxorum est, quando s. uiri ad earum domos accedunt pro contrahendo, et cosumando matrimonio sed sufficit ut sit uel mulieris uel uiri, ut supra dictum est.
Siue regularis ꝑ Per hoc uerbum censuit Congreg.o penam tm excoicationis per Clem: Religi: de priuil. Conc.m sustulisse et contentum fuisse sola pena suspensionis.
Numerandos ꝑ hoc decretum incipit habere robur post 30. dies a die p.e publicationis ipsius decreti in Parochia factae quae tn publicatio sit facta post Calen. maij 1564 sicque duplex tpus concurrat alterum post dtas Calen: maij alterum post dtos 30. dies, adeo ut si ante dictas Calen. fuisset facta publicatio, non obligaret hoc decretum, Id et inter hereticos seruandum est, nec obstaret si duo Ciues ad quandam Ciuitatem hereticorum migrauerit, et ibi non seruata forma Conc: cotraxerunt matrim.m dummodo si intra limites illius Parochiae ubi isti sedem fixerant, non fuisset prius decretum Conc: publicatum Nec obstaret quod esset publicatum Conc: uel in Regno, uel in Prouin.a sic e conuerso. Cum requiratur publicationem fuisse factam in Parochia
Si hec uerba s. (quod fierent matrimonia pnte Parocho et testibus alioqui quod erunt irrita) fuerunt pub.ca in Parochia; sufficiunt, et equipollent publicationi totius decreti quantum ad irritationem matrimonij attinet
Publicationem huius decreti factam in Synodo diocesana non, qui

volleret publicationi, quam idem Conc: fieri precipit in singulis Parochijs

Petrus coram Parocho et testibus contraxit mrim.^m cum Martha per uerba de pnti, sed hac tn̄ conditione apposita per Petrum, si id saluo honore suo fieri pōt, et si fribus suis placuerit, deinde non expectato conditionis euentu, fuit inter eos subsequuta copula affectu maritali, que copula a multis scitur, fuit quesitum a Congre.^ne Conc. An per hec sit iam firmatū uerum mrimonium de pnti ita ut non oporteat expectari cond^nis euentum / Congre.^o Conc: censuit in cāu proposito mrim.^m esse firmatum, nec requiri ut de nouo coram Parocho et testibus contrahat^r. Et S.^mus D. N. Clemens viij. mandauit isti casui tm̄ ita esse respondendum, ceteros autem casus iuxta qualitates ipsorum esse considerandos

Qui aliter quam pnte Parocho &c. Verba ista sunt intelligenda etiam de Parocho adhuc ad Sacerdotium non promoto, nempe quia adhuc non fuerit elapsus annus, qui conced^r sibi a iure ad faciendum se ad illud promoueri, iuxta textū licet Canon. de elect: in. 6. et ita fuit in Congre.^ne resolutum, Et S. D. N. Clemens viij. approbauit hanc resolutionem

Sess. 24 de Reform. matri. cap. 2.

Bulla Pij V. declarationis cognationis spualis, est de cogna- tione spuali contracta ante Conc.m et de mrimonio contracto uel contrahendo post Conc.m qui contraxit igitur ante Conc.m mrimonium indiget dispensatione, q.a mrim.m iam contractum cosummatum tpe prohibito, et facti inhabiles propter incestu, et sic licet nunc sublatos gradus a Conc.o et sic cessat impe- dimentum affinitatis, non tn cessat impedimentum incestus. Gloss. in c. non det de consang. et affinit. in uerbo cetero. Unde ualet mrim.m inter filium suscipientis et baptizatam, absqz dispensat.ne contractum post publicat.nem Conc.

Et Greg. xiij. dubitantibus an eet reuocata illa declara- toria Pij V. quia ea uidebatur non esse reuocata, Rndit non uideri reuocata, quia est magis declaratoria quam Regula

De baptismo suscipiant. Procur non contrahit cognationem spualem sibi sed mandanti, hinc est quod unus et alter qui sit procur mulieris, baptizatum e sacro fonte suscipere pnt, sed non duo viri, nec due mulieres, unusquisqz tn proprio noie, uir loco mulieris, mulier loco viri, hac de re fuit demum in Congre.ne rituum coram Illmo moo Cardinali S. Seuerine agitatum diligenter et copiose, et questione delata per me ad S. D. N. Greg.m xiij. qui audita relatione sti sue facta de his premonit.bg que pertinent ad illos qui per procurem Syndicum aut Nuncium aliquos in sacram.to baptismi fonte suscipi faciunt, Rndit eas omittendas esse et consuetudinem que in huoi susceptionibus seruatur re- linquendam esse in eo statu in quo reperitur

Spualis cognatio contrahatur. Is qui in Eccl.a fuit pns et qui in domo fuit uere baptizatus, et deinde in Eccl.a fue- runt celebratæ solemnitates nullam cognationem spualem con- traxit, Scribatur Ordin.o ut si legimis probationibus comperit dictum N. filium, prius in domo fuisse uere baptizatum, decla- ret nullum inter N. ipsum et d. N. filium adesse imped.tus cog.nis spualis

Nullo pacto contrahent. Idem dicendum si assisterent aio contrahendi compaternitatem, non tn̄ tetigerunt, quod si tetigerunt tenuit Congreg.° contraxisse illos compaternitatem in lib. 6. fol: 188.
Idem dicendum de eo qui levavit e sacro fonte cum qui domi ob iminens periculum, uere fuit ante baptizatus, Quod si plures sunt designati, qui oēs baptizatum tenuerunt, qui omnes fuerunt admissi, nec constat qui ex decreto Conc: fuerint designati ad contrahendam compaternitatem oēs contraxerunt cognationem spualem qui tetigerunt punito tn̄ Parocho c. ult.° de cognat: spirit. in. 6. Si plures tn̄ designati, et duo tm̄ scdm dispōnem huius decreti, tetigerunt idem dicendum illos designatos non contraxisse, sed tm̄ istos duos

Sess: 24. de Reform: matrim: cap. 3m

Prorsus tollit & ex sponsalibus conditionalis non orit^r Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum

In hac forma fuit ult.o editum hoc decretum, Congre.o Conc: consultis etiam aliis Theologis, et Canonistis censuit, Ex matrimonio contracto per uerba de pnti, non tn̄ consumato, non prouenire impedimentum affinitatis, sed Iustitiæ publicæ honestatis, licet fortius eo impedim.to quod oritur ex sponsalibus de futuro, nec comprehendi decr.to Conc: in cap. 3. Sess: 24. de Reform: matr: quo restringi^r impedimentū publicæ honestatis proueniens ex sponsalibus de futuro ad p.m gradum iuxta decretum s. me. Pij. V.

An ex matrimonio contracto per uerba de pnti non consumato oriatur affinitas, uel impedimentum iust.e pub.ce honestatis.

Congreg.o rndit non esse impedimentum affinitatis sed impedimentum iust.e pub.ce honestatis, et fortius, et maius, uinculum, quam impedimentum Iustitiæ publicæ honestatis ex sponsalibus de futuro, et hoc decretum Conc: non loqui de hoc impedimento sed de illo tm̄ ex sponsalibus de futuro ex quibus gradus istius impedimenti non intelligi ad p.m gradum redactos, sed tm̄ illi qui contrahunt^r ex sponsalibus de futuro, ut per bullam fe: rec: Pij Papæ. V. sub datum Romæ q̃ qua constitutione st.anl.e oritur impedimentum iustitiæ publicæ honestatis ex sponsalibus per uerba de pnti et nulliter contractis ob omissam formam Conc:

An huiusmodi impedimentum censeat^r etiam tolli, quando sponsalia dissoluta sunt mutuo consensu illorum qui contraxerunt.

Rndit Congregatio negatiue

Sess: 24 de Reform: matrim[ii] cap. 4

Propter affinitatem ex fornicat[ne] — Personæ quæ matri[m] con,
traxerunt ante Conc: confirmationem in gradu olim de iure eis
prohibito, et per hoc et alia decreta in hac Sess: remisso non
pnt manere in matr[o] licite, et sine ulla dispensat[ne], iuxta
trad. per Gloss: in c. Non debet, de cons: et affin: in uerb.
de cetero
S[mus]. D. N. Sixt: xiij. ex sntia Congre[nis] dixit hoc decreto sublatu
censeri impedimentum quoqz superuenientis affinitatis post
contractum mrimonium, quia si impedim[tum] dirimens sublatum
est, quod maius est, ergo et istud quod solum impedit, ne is per
quem contracta est affinitas sine peccato possit exigere debitum
quod minus est, Propterea Conc.[m] sustulit 3.[m] et 4[m] ergo in oibus

Quidam contraxerat sponsalia per uerba de futuro cum qua,,
dam puella, et ambo dui insimul habitarunt, absqz eo quod
copula inter eos sequuta sit, iterim vir cum amita istius puellæ
rem habuerat, fuit quesitum in Congre[ne], An ista affinitas
quæ superuenit, licet ex illicito coitu dirimerit sponsalia de
futuro? Et Congre[o]: censuit dirimisse per c. ueniens
extr: de spons:

Repasetur [?] Qui se cognouerunt carnalr sine tractatu et cogitatione mrimonij postea uolentes contrahere, et petentes secum dispensari de aliquo impedimento, et tacentes se carnalr cognouisse, si obtinent ex aliqua cā iam probata dispensationem pnt dici obreptitie, aut subreptitie, et sic nullam obtinuisse dispensatem ex eo solo, quia non narrauerunt cognitionem carnalem

Sic etiam indigent noua dispensatne, qui obtinuerunt lrās, et eis non prītatis, uel quia Nuncium habuerunt dispensatum fuisse obtentam, uel supplicationem datatam contraxerunt uel se carnalr cognouerunt.

Congreo censuit dispensationem censeri subreptitiam, si inter consanguineos, uel affines, uel cognatione spuali cōiunctos, carnalis copula precessisset, cuius mentionem in supplicatione non fecissent, proptā quod tales consanguinei affines, cognati spuales, per hanc carnalem copulam, redditi sunt inhabiles ad contrahendum mrim.m ex eo quod dicuntr cōmisisse incestum qui impedit incestuosos contrahere mrim.m, Ideo pro ualiditate dispensationis super gradu necariam et de iure expressionem carnalis cognitionis prout et stylus Curie obseruat

Facta relatione Smo in Consistorio, Stās. s. uisa est an deberet concessioni istarum dispensationum pro ijs, qui se carnaliter cognouerunt prout antea solita, cum ista expressione copule, etiamsi non exprimeretr quod publica facta esset

Si post impetratas lrās dispensationis, se cognouerunt, nullis adhibitis solemnitatibus, Remittatr Ordinō, quod si lrē dispensatnis sibi pntabuntr et cā in eis expressa probabitr legitime coram se, ac quod Ores post impetratas lrās se cognouerint, dispenset cum eis iniuncta tn̄ ipsis arbitrio suo salutari penitentia propter incestum

De ijs qui habita notitia dispensatnis obtente coram Parocho contraxerunt, et se carnalr cognouerut, Remittitr ut supra et additur, ut Punito Parocho, qui non seruata forma

Conc: coniunxit vires in mrim.m et gravius si hoc sciuit illos gradu prohibito se attinere, nec lras dispensationis traditas

Qui Romam miserunt et habito nuncio quod lre fuerunt expe- ditae contraxerunt, vel se cognouerunt, et ita verum non est fuisse expeditas, et lre datas ante contractum, vel concessionem dandas dispensationis.

Item visum est etiam quod lre non erant expeditae, sed supplicao signata, datata, atqz etiam ex toto expedita

In mrimonio contracto inter Hereticum et Catholicam, et e conuerso, qui erant aliquo gradu cognatnis vel affinitatis coniuncti qsuis pro istorum parte supplicaretur, quia tn et legmo imped.to cessante. Catholica cum heretico mrimonium citra peccatu mortale cotrahere non pot, licet contractu valeat iuxta gloss: coiter receptam in c. non oportet. 28 q. pa nullo modo videtur esse dispensandum ne humoi exitialibus mrim.is S. A. auctoretur, quin potius partes Ordinarij sunt talia mrimonia irrita et nulla declarare, et Catholicis mrim contrahendi legme cum Catho.cis licentiam et fauorem impar- tiri, inuocato auxilio brachij secularis pro iuris istius executione

Si n. coniuges legmo alioquin matrimo coniuncti, ubi est peri- culum subuersionis a fide et religione, separari debent itaqz ab alijs nubere non liceat c. 2. de diuortijs, prout als Congreo Epo Romen consuluit rescriben. Multo minus tolerandi sunt ubi nulla legmi coniugij species est, in continuo pcto mortali cum periculo subuersionis insordescere, cum liberu sit Catholicis separatis legma et licita mrimonia inire

Dispensari poterit. — Sed non pont cogi isti qui contraxerunt ad petendam dispensatioem, etiamsi mrimo.m esset consumatum, si nollent petere, et nollent resilire, vel alter eorum

Idqz ex causa — Causa est legma si dos non esset competens in quarto tm gradu

Gratis concedatur — Vicarius Epi nihil prorsus pot accipere siue pro laboribus in studendo processu, siue pro decreto super dispensatbus mrimonialibus habitis a S. Sede Aplica

[illegible]

Sess: 24. de Reform: mrim.^y cap. 6.

An ex cla illa in quauis dispensatione mrimoniali apponi solita, uide dummodo propter hoc mulier rapta non fuerit, possit Ordinarius denegare exequutionem mrimonij, si de raptu precedenti non fuerit mentio facta in Supplicatione rapta tamen a raptore separata, et in loco tuto ac libero constituta, raptorem in virum habere consensiat prout requiritur decreto Conc: cap. 6. Sess: 24. de reform: mrimonij.

Congreg.^o Conc: censuit dispensationem esse subreptitiam ideo Epum debere exequutionem matri.^y denegare

An Ordin.^s possit denegare exequutionem obtente dispensationis donec raptor decenter iudicis arb.^o re ipsa raptam dotauerit iuxta ptum decretum. Congreg.^o Conc: censuit Epum exequutionem legitime dispensationis denegare posse donec raptor effectualiter raptam decenter dotauerit iuxta ptum decretum Conc:

Sess: 24 · de Reform: mrimoij cap · 7 ·

Vagantur. § Non dicitur uagans illa mulier, que per octo annos in vna eademqz terra habitauit, Et si contingat contrahentes alienigenas esse, et a paruo tpe ibi habitantes, cognito quod non sint de comprehensis inter uagabundos, proprius Parochus ad contrahendum mrimonium is est, in cuius Parochia contrahentes habitant tempore quo contrahunt

Congreo. censuit mrimonium non ideo uideri nullum quia fuerunt pretermissa ea de quibus in hoc decreto

Sess: 24 de Reform: mrimo: cap. 8

Hoc cap: intelligendum est etiam in eo qui cum diversis Concubinis successiuo tpe fuerit deprehensus, et monitio de qua in hoc decreto potest fieri qcunqz in pcto comprehend.r

Et pot procedi non modo in visitat.ne, sed vibus tporibus, et vibus modis .s. et per inquisitionem

Trinam monitionem non esse necariam, nisi quando proceditur ad excoicationem

An expectandus sit annus excom: qua feriri iubentur.' Congreg.o rndit non esse expectandum

An stante forma huius decreti, si data probatione concubinatus eorundem pont Ecci in pa uel 2a. uel 3a monitione, in vna quaqz earum, laicos et punire aliqua pena pecuniaria pijs locis, uel apparitoribus applicanda.' Congre.o rndit posse, stante presertim constitutione illius Eccae

Judices seculares non pont inhibere Judicibus Ecc.cis ut servetur forma trium admonitionum

Decretum de ejiciendis mulieribus, non intelligitur de viris

An mulieres que cum Adulteris et Concubinarijs pub.ce uiuunt pont ultra exilium, alijs et penis contra adulteros et concubinas inflictis puniri

Per hoc decretum non tolluntur alie pene a iure coi, uel a statutis Synodalibus contra concubinarios inflicte, neqz alius contra eosdem modus procedendi, nisi uellet Ordin.s illos excoicare, tunc forma hic prescripta seruanda esset

Permanentibus Sed non tolluntur priuilegia concessa Religionibus de habilitandis illegmis ad dignitates et gradus illarum

Sess: 24. de Reform: matrim[ij]: cap. 9.

Existant & Non comprehendi priuatas personas decla-
rauit S.D.N. Greg: xiij. sed tm suptos dños temporales,
et Magistratus cuiuscunque gradus dignitatis &

Sess: 24. de Reform: matrim: cap. x.

Quocunqz tempore posse matrimonium contrahi coram Parocho sed, nuptiarum solemnitatem, conuiuia, traductiones ad domum, et carnalem copulam prohiberi

Sess: 24: de Reformat: cap. 2m

Congregatio Conc: censuit Epum posse in Synodo Diocna con-
stitutiones facere, absq: consensu, et approbatione Cleri,
dec. tn. rum: requirere consilium Capli, licet illud non teneatur
sequi nisi in quibusdam casibus iure expressis
Synodum in Provincia sua cogere ꝑ Et ad Archiepum spectat
electio loci celebrande Synodi Provincialis, tn cessantibus
impedimentis iustis, et accedentibus cōmoditatibus necessarijs
probauit Congreo Conc: Metropolitanam Eccam non esse re-
linquendam
In Concilijs Provincialibus attendendum est in precedentia Epōrum
tempus ordinationis, non autem dignitatis Eccan vel earum
ordo et preeminentia
Commendatarij Monasteriorum vel Abbatiarum in Concilijs
Provincialibus inter Abbates sunt recipiendi
Canonici Cathedralis Eccae preferendi sunt quando Capliter
procedunt, contra hunc casum Abbates titulares, vel hntes
usum mitre dnt precedere Cōmendatarios
Post hos locum obtinent dignitates, et post dignitates collocandi
sunt Procures Eccliarum Cathedralium
Nec tenentur uenire ad Synodum Provincialem exempti et
Abbates ꝑ nisi ij qui de iure uel consuetudine interesse
dnt Capla tn Eccan Cathedralium specialr inuitanda, Et
ad obseruatioem decretorum Conc: Provinlis omnes sunt
obligati qui eorum Jurisdictioni subduntur, Exempti etiam
in casibus a iure coi, et Conc: Trid: decretis specialr Epis,
aut Conco Provinli in ipsos potestas tributa est, et contra
inobedientes iuris remedijs procedendum
Abbates, Cōmendatarij, Caplorum deputati uocem dutaxat
consultiuam in Conc: Provinli hnt
Eporum Procures pnt etiam decisiuam hre si Concu Provinli
placuerit

Sess: 24. de Reform: cap: 2m.

Item laici inuitati ad Synodum Prou.lem pnt interesse in eoqz uotum consultiuum habere

Nec Epi Prouinciales & Epus tenetur ad obseruationem decretorum Conc: Prouincialis, non obstante lapsu decennij, quo non fuerunt obseruata

In posterum accedere & Neqz personalr neqz per procurem non obnte quacuqz consuetudine

Nulli Archiepo subijciuntr & hoc decretum non het locum in Epis qui sunt in Prouin.a Romana, ueluti qui sunt inter Capuanam Prouin.am et Pisanam, de offic: Vicarij c. tua, et clarius habetr qui sint in Prouin.li Cancellarie aplice

Semel eligant & Et talis Electio ligat successores

Obseruent & Capla exempta, et immediate S.S. Aplice subiecta, via que ordinata sunt in Synodo Prouin.li obseruare, tenentr, sic Epi qui sunt exempti ut hic, licet eorum Epi non esent exempti

Ipsi Epi exempti qui semel elegerunt & Si ad Synodum non uenerint dnt cam docere, quod si legma non fuerit reperta agendum est ab Archiepo et Canonibus in Conc.v Prouin.li ut cum alijs Epis non exemptis, qui sine legma ca non consentiut

Quotannis celebrentur & Epus legmis de causis impeditus pot celebrari facere Synodum Diocesanam in eius Epatu per procurem aut Vica.m suum Gnalem cum sufficienti mandato, cum hic Conc.m loquatr impersonalr

Ad quas exempti & Etiam Rectores qui nullius diocesis sunt tenentr accedere ad Synodum Diocesanam illius Epi qui tanqz proximior potest eas Ecc.as uisitare ex decreto Conc: in cap. 9. quia cum ius hat uisitandi istos Parochos frustra uiderentr uisitari, nisi prius ad Synodum uocati, et instructi esent eorum uium, que scire eos oportet, Aliqui tn dixerunt qd cap. 9. infra tribuit tm ius uisitandi, qd est longe

dum usum a iure cogendi Synodum, secus si isti exempti actu exercerent utramqz Iurisdictionem, et Spalem et temporalem in Parochos et Parochianos iuxta cap. xi. Sess: 25. de regul. secus si non sunt in Dioc: nisi rone visitationis, si tn visitantur ab eo tanquam viciniori

Subduntur] Per hec uerba excluduntur ab hoc decreto Regulares nisi in casu excepto

Visitatorem ∫. Comprehenduntur etiam exempti qui visitandi essent ab Epis, ut possint ipsis legitime impeditis visitari a vicarijs ∫ ut hic, secus si Epus vellet visitare ex cap: 4. Sess. 6 tunc n. id agere non pot nisi personaliter

Hoc cap: dum de subministrandis victualibus disponit non hē locum in visitatione Cathedralis Eccᵉ consuit Congreg.

Aut quisquam suorum ∫ Nec Notarius seu Canc. Epi potest quicquam ab ijs qui visitantur pro decretis et ordinationibus spectantibus ad visitationem pro rogitu sive scriptura laborem suo percipere

Jure debetur ∫. Epus potest ex consuetudine exigere veluti vigesimam ex relictis pijs ratione visitationis testamentorum secus autem si in testamentis nullum est relictum pium

Victualia subministrare ∫ Si ex consuetudine Populus subministret victualia Epo visitanti, Epus pot servare consuetudinem Eccijs utilem, si populus non conqueritur, laudabilis tn est ut Epus minus illum gravet Si vero populus subministrabat ante Concᵐ singulis triennijs, Epus non debet exigere si singulis annis visitaverit, nisi pro eo tpe quo ante prestabat. Eo Epus non poterit illum compellere, si noluerit amplius illa prestare, exigenda tn sunt ab ijs qui visitantur iuxta formam huius decreti

Epo accedenti ad Sacramentus Chrismatis conferendum nec populus nec Clerus tenetur victualia subministrare

Congreg. consuit munera nulla posse accipere, sed victualia tm vel aurum loco procurationes si visitati ita elegerint

Congreg. consuit nullum certum tpus fuisse a Conc. prefixum intra quod teneatur Epus suam visitationem concludere, sed relictum eius arbitrio, quod tn debebit esse moderatum et discretum

Item uel Epus dum visitat, debeat uisitationem continenter prosequi, neqz ad extraneos actus divertere, sed q̄pm legitimo impedimento cessante, ut perficiat incumbere,

Epo petenti sibi declarari, quem ordinem debeat h̃re Epus cum suo Caplo, an cum Notario uel sine, uel cum iuramento, ne det occasio litibus et sumptibus, Congreo rndit seruandu esse eum ordinem quem prescripsit decretum Conc: Sess: 6. cap. 4. et Sess: 21. cap. 6. si modo Caplum sit exemptu ab Ordino. quod si illi subiectum sit, tunc seruandum ordine positum pnti cap. ubi et de Notario, et de depositionibus testium ac de actis expresse dispositum est.

An Comendatarius h̃ns Iurisdnem Ordinariam, et iura Epalia in proprio territorio et extra illud collonem aliquorum beneficiorum cum cura, et sine cura, intra fines diocesum Eporum contiguorum pro quibus beneijs ab ipsorum Rectoribus quot annis pro recognitione seu Canone certum quid recipit, possit et debeat, pdta benea uisitare per se, uel eius vicarium, et quam Iurisdnem in Eccliis bonis, et personis pdtis exercere ualeat, presupposito quod dcta benea non sint claria neqz Comendatarius huiusqz aliquam Iurisdnem exercuerit Rndit Congreo non posse visitare nec aliam Iurisdnem exercere

An Epus possit prescribere terminum Archidiacono ad visitationem expediendam, et prescribere comitatum, et equitatum, ne oneri sit Eccliis quas uisitauerit, Congreo rndit posse

Congreg. censuit licuisse Archiepo Tranen in actu visitationis Eccle sti Iacobi, Eccle exempte, exquirere ab illius Eccle Clericis titulos beneficiorum, et dimissorias, quarum virtute fuerint ordinati, nisi sic alias in visitatione idem Archiepus exquisierit, et uiderit, posse item compellere ad exhibendas eiusmodi dimissorias et titulos

Sess: 24 de Reform: cap. 3m

Praesupposito quod ante Conc.m Trid: quo tpre Archidiac.s n. poterat suum districtum visitare per substitutum nihil consueuerit percipere ex fructibus sui Archidiaconatus quoties ex ca visitationis abesse contigisset, An hodie cum ex Conc.o pnti cap. teneatur per se ipsum visitare, possit durante visitat.ne sui Archid.tus fructus absens lucrari. Cong.o prae, supposita pdta consuetudine Rndit non posse

An versic: Visitatores, etiam in hoc cap: quo cauetur a Caplo deputatos approbandos esse ab Ordin.o vendicet sibi locum, etiam ubi soli Caplo absq: Epo competit facultas visi, tandi.' Cong.o Conc: Rndit vendicare

An hoc decretum Conc: vers. Interimq, censeatur sustulisse Cathedraticum, quod singulis annis, tam in visitat.ne quam extra exigi consueuit ab Ordin.o. Cong.o Conc: Rndit Conc: nequaq. sustulisse Cathedraticum, non illud tn solvendum in visitat.ne sed extra, et in Synodi celebratione

Expendi curent + Hec etiam locum hnt in illis Fabricis, quae non sunt de iure patronatus, nec Dignitates quae huoi onus hnt, ut bona Fabricae bene administrentur, tenentur per se ipsas huoi munus exercere

Sess: 24. de Reform: cap. 4.

Electio et deputatio Predicatoris ad solos Epos in eorum
Cathedralibus Ecc.ijs spectat, nulla habita rone cuiuscunqz
consuetudinis etiam immemorabilis, qua talis deputatio
Caplo, uel Epo una cum Caplo, siue de eius Consilio, aut
cuivis alteri competeret

Est aut in optione Epi, verum ipse malit Predicatorem in sua
Cathedrali eligere aut deputare, quando populus illum, etiam
ab immemorabili tpe, eligere, et noiare consueuisset, uel ptam
noiationem ex immemorabili consuetudine relinquere, ita tn
ut si Epus electionem, deputationemqz Predicatoris sibi
assumat, Populum ad solitas impensas atqz elemosinas pre-
dicatori erogandas non compellat, si uero populum pta
facultate eligendi et noiandi Predicatorem Epus uti sinat,
eundem populum cogere pot. ad eas impensas, et elemosinas
predicatori prestandas, quas ipse populus in hanc cam
prestare solitus esset

In alijs Ecc.ijs ad Epum similr pertinet, electio et deputatio
Predicatoris, impensis eorum qui illas prestare, uel tenentur,
solent, Concm. tn non sustulit immemorabilem consuetudi-
nem, quia facultas noiandi, Predicatorem in Ecc.ijs non Cathe-
dralibus alteri quam Epo competeret

Assumeral. J. Quorum deputatio ad solos Epos in eorum
Cathedralibus spectat nulla habita rone cuiuscunqz consuetu-
dinis etiam immemorabilis qua competeret Caplo, uel Epo
una cum Caplo, uel de consilio Capli, sed in alijs Ecc.ijs consue-
tudo immemorabilis non est sublata noiandi, uel presentandi
predicatorem Epo pro illis Ecclesijs

Pius V. decreuit in Cathedrali solum Epum teneri ad prestandú
stipendium predicatori non obstante quacunqz consuetudine
etiam immemorabili

Gregorius XIII. dixit deinceps ronem habendam esse consuetudinis

immemorabilis, et Epus hac ratione posset cogere populum.

In Epi tn electione erit Predicatorem in sua Cathedrali depu-tare, quando alias pertineret ad populum, et ex immemorabili consuetudine et tunc non poterit Epus compellere populum ad solitam elemosinam et expensas pro predicatore prestandas, secus si Epus sineret, et populus nominaret, et solitus esset illas prestare.

Nec pot Epus denegare licentiam predicandi in Parochi quia predicatur in Cathedrali, sed permittat iuxta formam huius de creti et cap. 2. Sess. 5.

Annuncient &. Non est ponendus punctus coma post uerbum Ieiuniorum) ut sacra scriptura &. annunctianda sit in oibus vigilijs per annum, et quor anni statis tporibus, sed refertur dumtaxat ad Quadragesimam et Aduentum

Iudicauerint &. Per hoc decretum relinquitur arbitrio Eporum an tpre quadragesime, et Aduentus, quotidie, uel tribus diebus in hebdomada, uel minus illis tribus diebus pre-dicetur, cum hodie Aduentus non dicatur proprie tpus Ieiunij

Verbum Dei &. Sed non sub pena excoicationis uel alijs penis.

Siue Regularis &. Quod munus predicationis per Epum coitti potest etiam clerico qui non sit in sacris ordinibus consti-tutus non n. alicuius ordinis sacri, uidetur esse actus fuit tn dictum quod secus de Laico

Suorum ordinum &. habet etiam locum in Ecclesijs exemptis habentibus proprium Prelatum in quibus, qui obtinere uult Licentiam predicandi ab Epo ab illorum Prelato, eidem Epo offerri debet

Ex Bulla Pij 4i. non tenentur clarus concionem gre uolentes illam

illam fidei professionem emittere, Pont tn Ordinarij quo tpre con=
concionandi licentiam dabunt, exigere ab illis hanc fidei pro=
fessionem, si ita ipsis expedire uidebitur
Quoad examen non item, modo ostendant approbationem
suorum Superiorum
Curabunt ꝑ de vita et honestate Cler: c. vti quisqz
Compellent ꝑ Sed pueri non pont compelli ut accedant ad
Eccl.am parochem, ad discendam doctrinam xpianam
Decretum Clementis. 2. de sepul: de hora predicandi, quod
Regulares point predicare populo uerbum dei, hora illa
dūtaxat excepta, in qua locorum Prelati predicare uoluerint
uel coram se facere solemniter predicare ꝗ. S. D. N. Greg:
xiij. rndit, Non esse in vsu
An uigore huius cap. teneatur Ordinarius prohibens Regularibus
ne in Eccl.iis suorum Ordinum predicent, cam allegare aut
iustificare, et que legima censeatur? Congreg.o censuit
non teneri

Liceat Episcopis &c. In hoc decreto non comprehendunt inferiores habentes iurisdictionem ordinariam et quasi Episcopalem; sed tm Episcopi priuatiue quoad omnes alios, Excludunt etiam Prelati Regulares

Episcopis &c. Sed Episcopi illarum Regionum in quibus Conc: Trid: adhuc receptum non est non possunt uti hac facultate concessa in hoc decreto

Congregatio censuit huic decreto Conc: derogatum esse non tm in crimine heresis sed in omnibus casibus comprehensis in Bulla cenae Dni

Occulto &c. Occultum intelligendum est secundum terminos Iuris

Deputandum &c. Episcopus potest absoluere, et per Confessarium et per Vicarium ad absoluendum in similibus casibus specialiter constitutum

Item, querentibus an idem locum habeat in casibus post Conc: Trid: ex noua lege sedis apostolice reseruatis. S. D. N. Greg: audita relatione Congregationis respondit non habere locum

Item, an in delictis occultis in materia clausure, Idem Smus respondit audita relatione eiusdem Congregationis per constitutionem Pij. V. censeri huic decreto derogatum

Congregatio censuit posse absoluere, et ad ordines rehabilitare Sacerdotem a Simonia occulta, sed non ad beneficia quibus propter Simoniam priuatus fuit. et nec ad obtinenda

Forenses qui habent domum, et commorantur in Ciuitate uel diocesi an dicantur in casu isto de quo in hoc cap. subditi cum ibidem Eccliastica Sacramenta percipere teneantur, et idcirco possunt per Episcopum absolui, in casibus in quibus in hoc cap. etiam quod crimen sit alibi commissum. S. D. N. Greg: audita relatione Congregationis declarauit posse absolui in Sacramento Penitentie ab illo Episcopo in cuius ciuitate uel dioc: commorantur, sed non dispensari

An Episcopo in aliquod delictum de quo in hoc decreto lapso, liceat

ad se absoluendum proprium ipsius Confessorem deputare, cum eadem auctoritate quam ipse habet ex eodem cap. 6. in alios sibi subditos exercere. Congregatio respondit licere, etiamsi Episcopus Romae esset, et sit extra suam Dioc:

Absolutus uel dispensatus a proprio Episcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, uel tribus testibus, quod tamen non fuit notorium, non est tutus in conscientia, quia Conc: utitur termino occulti, quod proprie loquendo dicitur quod probari non potest, ut in c. uera de cohab: cler.; at per duos testes probari potest, et uerba Conc: debent intelligi secundum proprietatem.

Idem respondit de illis qui occasione dictorum delictorum occultorum fuerunt inquisiti, sed quia non potuerunt delicta probari, rei ipsi non fuerunt quidem absoluti, nec dimissi, nec alio modo, sed simpliciter dimissi, recepta promissione de se praesentando, non posse istos uti huius Canonis beneficio, quia scriptura deducta ad forum contentiosum, sitque sufficit sola deductio quicquid inde sequatur

Item Congregatio censuit si is clericus peruenit iam ad aetatem legitimam posse Episcopum cum illo dispensare tam super irregularitate, quam super suspensione ex delicto occulto tamen prouenienti, quia se fecit promoueri non in aetate legitima; si nondum ad legitimam aetatem peruenit clericus, Episcopum non posse, sed petendam absolutionem a Sede apostolica

Sess: 24. de Reform: cap: 18.

Si officij Penitentiarij, et iam unius prebendæ uacatio con-tingat in mense aplico, ut alias prebenda sit reseruata, uel affecta, an electio personæ Penitentiarij huiusmodi pertineat ad Epum, uel ad Smum. S. Congre. his rep. diligenter dis-cussis, citatis etiam Procuratoribus Eporum quorum interesset et eorum binis allegationibus perpensis, censuit pertinere ad Smum.

An hoc decretum deputans Penitentiarius, intelligatur dare illum Vicarium Epo pro casibus reseruatis, adeo ut Vicarius gnalis eam iurisdnem amplius non habeat. Rndit Congreo non ita intelligendum esse, et Penitentiarius non posse absoluere quoque in casibus, quos Epus sibi expresse reseruauit, nisi Epus ipse hanc ei speale dederit auctem

An Canicus Penitentiarius possit cogi ad maiorem residen-tiam quam alij Canici quibus per 3. menses abesse licet. Rndit Congreo non posse cogi, hac tn moderatne adhibita ut sit pus in Eccla eo tpre quo frequentius Penitentes accedere solent, ad confessiones, nempe ieiunij tpore, quadragesime aduentus, diebus solemnibus, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corpus Xpi, Assumpnis B. Virginis, Oium Sanctorum et Natiuitatis Dni

In oibus etiam Cathedbus. Congre. Conc: censuit hoc dectus intelligi tm de Cathedbus et alijs Eccijs Collegiatis non habere locum

Item Penitentiarium teneri confessiones audire in Eccla alias priuari posse

Prebendæ. S. Intelligitur Canonicalis non aut portionis

Vacaturæ. Non habet locum si uacaret in mense S. Sedi aplicæ reseruato

An preferatur prouisio Theologi. vide: not: cap. p.o Sess: V.a ut supra

Ab Epo. § S. D. N. Greg. xiij. censuit officium Penitentiarij, nec non eiusdem personae electionem quotiescumque faciendam, ac etiam quoties occurrerit uacatio d. officij, ad solum Epum absque consensu Capli pertinere, collationem aut prebendae distinctae uel unitae ab illo fieri debere, ad quem antea spectabat, sicque electio Penitentiarij facta a Caplo Sede uacante est inualida

Et talis deputatio, et constitutio non habet locum in Canonicatibus: et prebendis S. Sedi aplicae dispositioni reseruatis, et affectis

Instituatur § Qui nec retento, nec dimisso officio potest optare aliam prebendam, cuius officio fuit perpetuo unitus Canonicatus et certa prebenda et hoc decreto Conc: et auctoritate aplica unio confirmata fuit

Audiet § Etiamsi audiret Confessionem peccatorum uenialium et non casuum reseruatorum

Interim pns in Choro censeatur § Penitentiarius habitus est pro pnte in Choro, dum audit confessiones in Eccl.a siue in Confessionario, siue extra, non autem pro tempore quo residet in confessionario, nec audit confessiones, alijs in Choro diuina celebrantibus, nec recitans officium priuatim, quia antequam recitarentur horae Canonicae in choro, audiuit confessiones, nec si dixerit missam est censendus pns in choro

Tam si sint distributiones quotidianae quam elemosinae quae distribuuntur pro associandis, et sepeliendis cadaueribus defunctorum, uel pro supplicationibus et processionibus habitis.

Congreg.o Conc: censuit defectum etatis 40 annorum non obstare ubi alias aptior pro loci qualitate non reperitur

Presupposito iuxta decisionem Congreg.nis alias editam posse Canonicum ex consuetudine Eccl.ae in eadem obtinere dignitatem,

An obtinens Canonicatum cui post Conc. iniunctum est munus Penitentiarij possit uigore dictae consuetudinis obtinere etiam dignitatem in eadem Eccl.a? Congreg.o censuit non posse

Sess: 24. de Reform: cap. 9.

Quae alias etc. hoc decretum non habet locum in Ecclesijs claribus Abbates Regulares pnt Parochos suas visitare, et item alij inferiores vna cum vicino Epo cumulative, et S. D. N. Greg: XIIJ. dixit quoad Parochos quibus inservitur per presbros seculares, quod censentur seculares non claret, lz vnite, ac dependentes a claribus, et ideo hoc decreto comprehendi. Tn dedit Stas Sua pro illa vice breve propr abusus pro Epo Sarsinaten, saluis Iuribus utriusqz partis, contra Abbatem de Balneo Camaldulen

Ecclia est proximior etc. Ad ipsum spectat ut concedat Lras dimissorias ijs qui sunt nullius, quando non constat quod sint intra fines alicuius dioc: Item in visitatne poterit monere et corrigere, et punire, prout in cap. 2. Sess: 5. ut plebem sibi cōmissam vnusquisqz salutaribus verbis pascat. Item Epus vicinior poterit in visitatne eius qui est nullius dioc: illum si non residet, vel si indiscretas licentias non residendi suis subditis concesserit monere et corrigere, Ad ipm aut Epum tanquam viciniorem, non spectat Sacramtum confirmationis his qui nullius dioc: sunt ministrare, cum possit accersire quem maluerit Catholicum Antistitem qui est nullius dioc: saluo tn maiori iure Epo, si aliunde id sibi competit, et non modo Ecclesiam visitabit sed etiam Prelatum illius aliosqz ministros

Poterit idem Epus vicinior visitare Eccas huic subiectas cumulative .n. cum Ordinario loci intelligendum

Congreo censuit Epum Legme impeditum posse ex facultate sibi a Conc: tradita in hoc cap: 9. Sess: 24. Eccas que nullius dioc: sunt per suum gnalem vicarium visitare

Electus fuerit etc. Et talis electio ligat successores

Sess: 24. de Reform: cap. x.

Congre.ne Conc: censuit hoc decretum non sustulisse appellationem devolutivam, sed suspensivam tm̃, et licet Epũs id faciat tanq̃ Sedis aplicæ delegatus prout dr. d. cap. x. tn̄ cum hec Jurisdo iure suo Ordinario, et etiam ante Concm. competeret, non impe- diri appellationis devolutionem ad Metropolitanum, et quo ad dandam copiam actorum attinet, servanda esse decreta Sess: 13. cap. 3. et Sess: 24. cap. 20. Secus vero quando Concm. non utitur illa dictione (etiam) tunc censetur reservata appellatio S. Sedi aplicæ, et de hoc quere supradicta Sess: 22: cap po. Hoc decretum non habet locum quando agitur de privatione beneficij presertim Juris ordine servato

Delegati — Non potest Epũs pretextu quod sit Sedis aplicæ delegatus, declinare Jurisdictionem Metropol. in casibus illis in quibus ante Concm. tanq̃ Ordinarius poterat uti eodem iure eademq; potate

Suspendat — In casis visitationis et correctionis appellari non potest post diffinitivam sntiam, ita tn̄ ut appellatio non suspendat executionem, prout hic sancitum est, et supra in cap po. Sess: 22. Quod si Epũs compilato processu, formato Judicio, ser- vatis servandis prout iuris fuerit procedat, veluti ex cã blasphe- mie, et adulterij, aut restitutionis fructuum beneficiorum ob non recitatum divinum officium, et similium non habet locum hoc decreto

An in eadem materia correctionis, ubi Epũs etiam sine processu et sine scriptis carcerat subditos, et tenet diu carceratos, pot Metropos. cognoscere de preso excessu in corrigendo, si carcerati appellaverint ad eum, et dummodo interim non impediat aut sus- pendat executionem eorum que ab Ordinario decreta fuerint ut hic et supra Sess: 22: cap: po.

Sess: 24. de Reform: cap: XI.

Quoniam privilegia § hoc cap. non habet locum in Civilibus

Stante decreto Conc: Sess: 24. cap. 12. § distributiones vero, quid censendum de statuto et consuetudine Ecclię Collegiatę Canonicorum rlarium, ut tam ipsi Canonici rlares quam Portionarij qui sunt seculares in eadem Eccła singulis annis cum licentia Prioris et Capli per 40 dies abesse pońt, qui una cum fructibus grosse, etiam quotidianas distributiones accipiant, perinde ac si diuinis officijs interessent? Rndit Congrło non comprehendere Canonicos rlares, licet nulla habita rone huiusmodi statuti et consuetudinis

Canonicos rlares posse cum licentia suorum superiorum ex causa ronabili abesse per id tempus quod ipsis permittitur distributionesq. quotidianas eatenus sic abntes percipere quatenus superiori et Caplo eis videbuntur concedendę, Portionarios vero seculares, qui diuinis officijs non intersunt minime posse consequi distributiones quotidianas nisi ex cąs a iure permissis

Praesupposito quod ex anti dicto statuto et consuetudine ijdem Canonici et Portionarij absentes ultra 40. dies priventur distributionibus quotidnis dumtaxat, non autem aliqua parte fructuum grosse, an liceat eosdem gaudere vacationetrium mensium iuxa permissum Conc: citra amissionem alicuius partis fructuum? Rndit Congrło. Canncos Regulares cum legma licentia superiorum abesse posse etiam ultra 40. dies, citra amissionem alicuius partis fructuum. Portionarijs vero secularibus abntibus non deberi fructus, nisi pro tpre quo ex statuto seu consuetudine Eccłę illis abesse licet, modo non ultra tres menses

An obtinens dignitatem cum Canonicatu seu portione in eadem Eccła teneatur per se ipsum, utriusq. beneficij onera subire

ita ut non satisfaciat Conc. deseruiendo personaliter in dignitate per substitutum uero in Canonicatu, seu portione, non obstante contraria Ecclesiae consuetudine etiam immemorabili. Congregatio censuit teneri nec aliter Conc. satisfacere, quam si personaliter utrique beneficio deseruiat, nisi si seruitia simul ita concurrant, ut ab una persona eodem tempore praestari nequaquam possint

In primis dignitas in Ecclesia Collegiata exempta cui ordinaria Jurisdictio, cum omnibus Juribus quasi Episcopalibus competit nec non conferri debeat doctori uel graduato. Congregatio Conc. censuit non necario

Propter Inimicitias abesse, dantur literae sicut supra notatum est Sess: 23 cap. 1o

In Jure Canonico § Archidiaconatus qui acceperat cura animarum, et omni prorsus Jurisdictione non comprehenditur hoc decreto quoad qualitatem Doctoratus uel Licentiaturae per hoc requisitam

Adsciscantur § hoc decreto dignitates etiam in Ecclesiis Collegiatis etiam comprehenduntur

Duos menses § Nec longissima nedum triennalis possessio prodest ei, qui non emisit professionem fidei, quoad fructus percipiendos, quam diu dictam professionem non emiserit, Nec Episcopus potest remittere et condonare istos fructus male perceptos ob non professionem emissam, absque Sedis apostolicae autoritate

Facere professionem § Per se ipsum, et si absens accedat ad Ecclesiam etiamsi Capitulum sit exemptum in manibus Episcopi cum idem in Capitulo extiterit

Non faciant suos § Non tamen habet locum in distributionibus quotidianis

Suffragetur § Comprehenduntur etiam si fuerint electi et computandi sunt duo menses a die electionis uel a die

electionis uel a die quo admittuntur ad participationem fructuum
mensae Capitularis
An teneatur fidei professionem denuo facere is, qui secundam
Parochialem consequitur, si in adoptione primae quam dimisit
aut alias quacunque de causa coram Epo siue alijs, etiam
publice fidei professionem semel emisit. Congre.
rendit teneri
An provisus de Parochi beneficio teneatur sponte se offerre
ad professionem emittendam, uel admonendus sit ab Epo,
aut eius generali Vicario, aut alioqui fructus non faciat
suos. Congre. rendit teneri se offerre neque ulla eius
admonitione opus esse
Initiari ualeat. S.D.N. Gregor: xiij. decreuit nihil
disposuisse Concilium qua etate esse debeant ij qui Cantus
acquirere uolunt, in Collegiatis Ecclesijs, sicque reliquisse
hoc, in illis terminis qui ante Concilium constituti sunt
In omnibus uero. habet locum solum in Cathedralibus
Omnes Cantus. Praebendis s. Canonicalibus ordo sacer
adiungatur
Annexum ordinem. Comprehenduntur etiam Canonici
et aliae dignitates, et personae existentes in Ecclesia Cathedrali
ante Concilium debet aut Epus cum consilio Capli sui
designare. Nec obstat huic decreto statutum Ecclesiae
ut puta, ut 3a pars sint Acoliti, nec consuetudo et
immemorabilis; Et ligat hoc decretum imposterum,
postquam ordines fuerint distributi, et tunc potest compelli
ad eos ordines suscipiendos, quos eorum Cantus habere
fuerit iudicatum iuxta formam praesentis decreti, Si uero
aliquis inhabilis, et non idoneus reperiatur ad ordines
sacros suscipiendos eorum, qui ante distributionem ordinum

fuerant recepti, et carebit uoce in Capitulo Sess. 22. cap. 4.
Et quatenus eorum etas patiatur, nec ante cogendi sunt ad ordines suscipiendos

Cum consilio § Quod Episcopus tenetur petere non autem sequi, consensus n. Capituli non est necessarius

Et dimidia § Ista medietas accipienda est in singulis collegijs non confuse, uidelicet sumendo Canonicos cum Portionarijs

Obseruentur § Quod si post designationem sacris non initiati, compelli possunt usque ad priuationem

Collegiatis § Intelligitur de omnibus Collegiatis etiam non insignibus, nisi tamen iste non insignes Collegiate essent ruralis prorsus destitute, aut in quibus nunquam aliquis supra hominum memoriam solitum esset resideri aut adeo tenues reditus essent ut Canonici non haberent unde uiuerent aliter

Uiginti duobus annis § Intelligitur de 22 annis completis non autem inchoatis

Et sufficit ad excludendam immemorabilem quod aliqui Canonici resederint

Dignitates § Comprehenduntur etiam ille Dignitates que sunt capita illarum Ecclesiarum collegiatarum, et que et essent exempte a Jurisdictione Ordinarij, et habent tamen Jurisdictionem in Canonicos et deseruientes in illis Ecclesijs

Aut portiones § Idem Judicium de mansionarijs, et alijs beneficijs que sunt perpetue, et habent annexum seruitium in Choro

Statuti § Dummodo non sit confirmatum a Sede apostolica

Consuetudinis § Etiam immemorabilis

Tres menses § Etiam continuos, Non tamen Canonici possunt abesse eodem tempore ne Ecclesia destituatur suo debito seruitio, sed tantum ea quota pars Canonicorum que uidebitur arbitrio Episcopi et Capituli

Et distributiones solite in Ecclesia et dantur temporibus uacationum pro illis qui seruire nolunt

Abesse. Non requiritur nec cã nec licentia Epi

Qui causa pestis absuerunt, quotidianæ distributiones eis non debentur, nisi probetur legitima consuetudo quod distributiones huiusmodi darentur abeuntibus ex iusta causa

Qui absentes sunt recreationis causa non lucrantur nisi fructus prebendarum, non aut distributiones quotidianas, sive sint antiquæ, sive novæ, ex cap. 3. Sess: 21. et 22. quæ sunt distinctæ a prebendis, Nec obstat immemorabilis

Fructuum. De ōibus fructibus tam prebendæ quam residentiæ

Canonici missi ab ipsorum Epis ad limina Apostolorum eorum noĩe uel comitantes ipsos Epos ad eadem limina, distributiones lucrentur ex Decreto S. D. N. Sixti V.

In obtinentes dignitatem in Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesijs sine prebenda quæ tñ designata est ex certa dismembratione interim dum effectum illum expectant, tenentur residere ex §. Preterea obtinentes, huius cap. 12.

Censuit Congregatio non teneri si nullos fructus nulla sive distributiones quotidianas percipit.

Inservientes Ecclesijs suis Parochialibus, et habentes legitime beneficia in Ecclesijs Cathedralibus, uel alia servitia possunt omnes percipere, si modo, nullæ prebendæ distinctæ fuerint, et omnes de cõi percipiantur, ne detur aliquid eis, qui divinis horis non intersunt, et quando saluo debito servitio Parochium, poterunt etiam inservire Cathedrali tunc non possunt, nisi quatenus inserviant

Inter Parochem et Cantum ex legitima dispensatione debet residere in Parochia amissis distributionibus quotidianis, ita etiam statuit s. me. Pius V. de obtinentibus utrumque beneficium ante Concilium

Provisus de Cantu habente annexum ordinem sacrum, si est completæ ætatis ut possit infra annum ordinem requisitum suscipere, non habet uocem in Capitulo iuxta hoc decretum et

Clem: ut ij qui de etat: et qualit: sed non perdit partem aliquam distributionum, quae dantur ijs qui certis horis intersunt pro p.° anno, infra quem pot ad sacros ordines promoueri, elapso uero anno si non fuerit ad ordinem sacrum annexum promotus, subtrahitur illi dimidia pars distributionum, nec habet uocem in Caplo, licet alias sit in sacris, ex quo non habet ordinem requisitum, iuxta dispositionem d. Clem. iunct. glo: in uers. ex tunc,

Cum intellexisset Congreg.° Conc: uicarium Patauinum in annexione sacrorum ordinum, quam fecerat Cantibus illius Ecclesie dignitates inclusisse, censuit describendu. his uerbis, Cum Conc.m non meminerit dignitatum, cum de illa annexione disposuit, cum item uoluerit saltem dimidiam partem presbiteralem etc, conuocet iterum Capitulum ac de eius consilio subtrahat dignitates, et earum loco designet et distribuat, quibus alijs Cantibus decat esse sacer ordo annexus

Nec pont Canonici videlz duo ad plus associantes eorum Prelatum, uolentem quandoqz audire missam, non in Eccl.a Cathedrali, sed in alia Ecc.a ciuitatis, participes esse distributionum quotidianarum quae non nisi pntibus et interessentibus dantur

Non licet Caplo aliquo pretextu distributiones quotidianas donare, aut quauis collusione remittere alicui, qui uel ab Ecc.ae seruitio abfuerit, uel alio quouis modo distribut.nes legitime decant amittere. Nec fas sit cuipiam eas capere, si acceperit, suas ne faciat, sed eas restituere omno cogatur, ilico distribuendas fabrice Ecc.ae, quatenus indigeat, aut alteri pio loco Epi arbitratu

Lucratur distributiones quotidianas is qui indebite coniectus in carcerem fuit, fructus autem prebende, siue masse grosse

tam diu ei debentur quamdiu per sententiam non fuerit declaratum iuste eum in carcerem detineri

Episcopus debet concedere facultatem Capitularibus sese invicem substituendi in servitio Ecclesiae, ea tamen cautione adhibita, ut non eodem tempore, sum servitio sint obstricti

Non est derogatum statuto Ecclesiae Compostell: permittenti beneficiato qui in ea per 40. annos continuos aliquod Ecclesiae cum beneficium pacifice possedit, et per dictum tempus illi per se ipsum in divinis residendo deservivit, a dicta Ecclesia, decretum quo admiserit, ut emeritus, et rude donatus, abesse liceat, et tanquam praesens in Choro habeatur, tam ratione fructuum prebendarum quam distributionum quotidianarum; S. D. N. Gregorius XIII, audita relatione Congregationis dixit tolerandum esse hoc statutum

Nec Episcopus potest aliquem excusare a residentia Chori nisi iuxta dispositionem c. p.l de cler: non resid. in. 6.

Utrum Ordinarius potest excusare a residentia Chori aliquem Canonicum vel Capellanum ex causa legitima. c. unicum de cler: non resid: in. 6. sine consensu aliorum Canonicorum aut Capellanorum quorum interesse videtur propter ius accrescendi; Congregatio censuit posse si est ex causa comprehensa in d. c. unico, quia illud Concilium non sustulit, nec requirit Capituli consensum ut alias decisum fuit

Quaeritur, num sicut non residentes de iure per c. 1.m cum ibi not. per Gloss. de cler. non resid. in. 6. amittenti quotidianas distributiones etiam amittat 3.am partem suarum prebendarum in quotidianas conversarum; Congregatio censuit amittere

Congregatio censuit autem Parochum et Cantorem non excludi a servitio Cantoris dummodo omnibus diebus et horis suis debitis prius Parochi inservierit, ita ut nihil prorsus deperat debito servitio dicti Parochus

Censuit Congro. prohibendos esse Canicos Eccae ne conducant bona illius, tum quia negotiabantur lucri cā, tum etiam quia distrahebantur a servitio Eccae, et locationes factas esse irritas

Conueniendi per Congrem. Conc. censuit Canicos accedere oportere ad cubiculum Epi quoties ipse non priuatim sed Pontificaliter cum Cappa in diebus festis, et solemnibus uoluerit descendere, ut assistat, uel horis Canonicis, uel sacrosancto missae sacrificio, multoqs id magis, si ipsemet sit celebraturus, In reditu uero usqz ad Ostium domus Epi, Epo praeeuntes ipsisqz sequentibus comitari deuere

In diebus autem feriatis quando priuatim uenit in Eccam celebraturus, uel quippiam aliud acturus, aut auditurus, debere nonullos ex Canonicis accedere ad ostium Eccae et Epum comitari, id ipsum in reditu obseruantes

Non datur substitutus loco Canoci absentis ex iusta causa nec potest compelli Canonicus deseruire per substitutum, sed ut per se deseruiat, non obstante immemorabili consuetudine

Sunt Cantus in Ecclijs Parochibus et Collegiatis dioc. Mediolan dioc. quibus Canonici deseruierunt per substitutū ante Conc. Trid: et sic hodie inseruiunt, an hoc tolerari possit, uel debeant cogi ad residendum personaliter. Congo. rendit ita cogendos

Quod non licet Canicis abesse a Choro ut celebrent in Capellis in quibus tenentur missas celebrare, uel tot deuotionis gra celebrent, et percipere distributiones quotidianas illius horae, quod si id permissu superioris fecerint admonendus est superior ut abstineat ab hmōi licentijs concedendis

Canonici non excusantur a quacst hora illius diei, quo Choro interesse tenentur, praetextu quod rerum nōie ueluti

in matutinis adsunt alij ab ipsis missi, nec etiam pretextu immemorabilis consuetudinis, quod si petierent ut distributiones augerentur, id agendum esse ex prescripto Conc. Trid. Sess. 21. et Sess. 22. cap. 3.

Nec pnt per alios missas canere maiores pretextu quod ipsi missas diebus solemnibus decantabunt, sed cogendi sunt ad personale canendum missas, illis diebus quibus ex institutis vel legitima consuetudine illius Eccl.ae debent

Nec Canonici qui sunt in servitio Epi lucrari possunt distributiones quotidianas

Canonici absentes studiorum causa pnt percipere redditus prebende, nullas vero distributiones quotidianas

Quot vero Can.ci abesse pnt ex causa relinquitur arbitrio Epi et Capli, spatium vero temporis Congreg.o censuit ad quinquennium, inchoandum uno a principio

Consuetudo legitime prescripta tollit statutum in Eccl.a, ut Can.ci infirmi percipiant prebendam, et distributiones quotidianas ac si essent presentes

Ex peregrinatione Canonicus non potest lucrari distributiones quotidianas non obstante consuetudine quacunque, sed tm fructus prebende, sed non ultra tres menses

Congreg.o censuit non opus esse intimatione, ut Canonicus deserviat iuxta formam huius decreti, sed si abfuerint ultra tres menses, citandos esse ad allegandum quare non debeant puniri secundum hoc decretum Conc.

Et insuper censuit Congreg.o bonum iudicem arbitrari quanto tempore debeat ultra tempus permissum absentes expectare antequam contra eos penas exequatur

Fructus prebende quibus Can.ci qui abfuerunt a servitio Eccl.ae ultra tres menses privandi sunt ex hoc decreto, applicandi sunt in usum Ecclie et utilitatem illius

Canonici qui maioris servitio Eccl.ae de quo in hoc decreto sunt astricti ijsdem penis de quibus hic, si non resederint subiacentur

Portio distributionum est dividenda ijs qui interfuerunt

Qui ultra medietatem anni intermissis tn. vicibus a servi. Eccl.ae absunt, pretextu quod non discesserint ex Civitate, p.o anno privandi sunt dimidia parte fructuum, 2.o ombus, 3.o prout hic sancitum est.

Congr.o Conc: censuit quamcumque collusionem ex hoc decreto prohibitam esse respectu s. distributionum, et ideo si de valcyme constiterit dec. Eccl.um iure agere in reos respectu vero fructuum prebende, non esse in facultate Canonicorum illos remittere, cum illi applicandi sint Ecclie

Congr.o censuit non posse confici ex horis quibus Canonici residentes absint a Choro dies, ut ex diebus et horis sic collectis confici pcint menses abntie, de quibus in hoc decreto,

Neque ad constituendum servitium novem mensium colligendas esse punctaturas, quasi ij qui novem partes punctaturarum ex 12.m qui ex servitio totius anni conflantur deserviendo tulerint servitio novem mensium debito satisfecerint, sed ipsos dies residentie et servitij, sive continui fecerint, sive interpellati numerandos esse ut compleant numerum dictorum novem mensium

Et Capellani deservientes Capellis mercenarij licite gaudent elemosinis tpore infirmitatis

Que sint distributiones quotidiane pro pntibus, et interessentibus tm de quibus Conc. Trid: hic et in c. unic. de cler: non resid: Lib. 6. et que sint distributiones similiter quotidiane appellate, que dntur loco prebende, a quibus non excluduntur abntes, rone alicuius privilegij de quibus Gloss: in d. c. unic. in verb. receperit, censuit declarasse

Cum uag. cum nonnulli § Preterea cum in aliquib. de prebin.

Procedatur § Et qui fuerint olim Canonici reseruantes in resignationibus domos Canonicales, easq. etiam alijs laicis locantes, cogendi tm sunt locare iusta mercede dictas domos Canonicis residentibus, ita ut hic preferantur quibuscunq. alijs in locatione, cessantibus quibuscunq. priuilegijs Inquilinatus

Statis horis § Omnibus horis Canonicis quibus diuina celebrantur, nec ualet statutum ut una uel duabus interessentes lucrentur massam grossam siue prebendam amissis distributionibus quotidianis

Quid si uno mense ex nouem interessendo una hora ex statuto uel consuetudine lucrarentur fructus, amissis distributionibus quotidianis: Censuit Congreg. statutum et consuetudinem nullam, et tollendam, adeo ut interessentes omnibus horis in pto mense amittant illam ratam fructuu quam amitterent in alijs octo mensibus singulis horis non interessendo, non tn incidere in penam de qua hic quasi abfuissent ultra tres menses

Recipiant § Habentur tanq. pntes in Choro qui curam animarum exercent, que illi Eccl.a imminet, dum tn sunt in actu administrandi Sacramta, uel alia exercent, que spectant ad ipsam curam

Puniendi sunt qui a seru.o Eccl.e absunt, licet in Ciuitate Locoue in quibus ipsa Eccl.a consistit sint pntes

Non potest declinari quin 3.a pars prebende conuertatur in distributiones quotidianas ex decreto Conc: supra Sess. 22. cap. 3. rone cure aiarum que imminet Cantui uel dignitati quia prebenda non est diuisibilis

Consuetudinibus ∫ Etiam immemorabilibus, non tñ sustulit hoc decretum fundationes et confirmationes aplicas ubi infra

Et vino sublatae sunt vacantiae omnes trium vel plurium mensium quibus absentes distributiones quotidianas percipere solebant nisi sint absentes ex causis iure permissis, ∂c et si omnes Canonicorum fructus sint merae distributiones quotidianae

Et non per substitutos ∫ Nec obstat consuetudo, et ita declaravit S. D. N. Greg: xiij immemorabilem consuetudinem non excusare a residentia in Ecclesijs Cathedralibus et Collegiatis ut supra dictum est.

Obire officia ∫ Et ad omnes septem horas Canonicas tenentur, et ad faciendum principium et officium hebdomadarij sic tñ alij non sunt Canonici comitantes Epum non lucrantur distributiones quotidianas nisi Cantores consisterent in distributionibus quotidianis et tunc amittunt 3am partem quae deservientibus accrescit

Consuetudinibus ∫ Etiam immemorabilibus in Ecclesijs Cathedralibus et Collegiatis insignibus non deserviendi Senio confectis si alias residere soliti sunt distributiones debentur ac etiam infirmis ex propria culpa et peccato, cum precedenti conditione, nimius. n. rigor esset, nec superior [illegible] huiusmodi inquisitionem facere debet, addendo afflictionem afflictis, quod quidem multae sint causae et non turpes debentur etiam detentis in carceribus non tñ ob propriam culpam iux: doct: Jo: And: c. p° de cler. non resid. lib. 6. Censuit Congregatio per hoc decretum non esse derogatum privilegijs aplicis

Adsistere et inseruire ∫ Canonici Epo celebranti etiam in

functioni subdiaconi debent inseruire
Epō missam priuatim celebranti non tenentur assistere
In conferendis ordinibus seruandum est cap: 18 Sess: 23.
Exercenti Pontificalia extra Cathedralem Eccam in ciuitate
et suburbijs tn̄ non in Dioc: tenentur assistere, et inseruire
ij, qui assistere et inseruire solent exercenti Pontificalia
in Cathedrali, Non tn̄ festiuitatibus maioribus Ecclesiam
suam relinquere debet sine urgenti necessitate
In modo assistendi et inseruiendi Epō celebranti ∫. seruanda
est consuetudo Ecclesiæ
Omnes Canonici et Dignitates tenentur assistere, et recusantes
possunt compelli, saluis tn̄ singulorum legmis uacationibus,
et vnusquisqz per se explens partes suas, tam in missarum
quam aliorum munerum celebratione
Cetera que ∫. Improbatur illa consuetudo non posse aliquem
in sua Eccā Campanas pulsare antequā Cathedralis
Ecce pulsentur, proinde omnes possunt horis tn̄ debitis suas
campanas pulsare
Pariter improbatur, non posse missas alios in suis Ecclesijs
celebrare donec non fuerit decantatum prefatium missæ
maioris in Cathedrali Ecclia
Similr non posse Clericos extra eorum claustra, per eorum
Eccæ districtum processiones facere
Duobus Canonicis ∫ An requiratur eorum consensus
uel sufficiat consilium, et quid si ambo uel unus ex eis
ab Epō discrepet. Audit Congreo necessarium esse
consensum utriusqz, tn̄ unum ēē uotum, ita ut alter
Epō accedere possit iuxta dispositionem cap. 6 Sess: 25.

Sess: 24. de Reform: cap. 13.

Non tn̄ Regularium § Hoc etiam quæ essent in Cōmendam
Obseruetur § An vigore huius decreti possint Ordinarij reuidere
vniones factas a PP: per biennium ante publicat^{nem} Conc:
in forma gratiosa ad instantiam partis, cum derogatione ctc
de coittendis vnionibus ad partes uocatis quorum interest,
Rndit Congregatio posse
Habeantur § Et Ordinarij possunt compellere obtinentes dictas
Ecclesias Parōles unitas ad ostendendum titulos vnionum a
40. annis citra ut supra cap. 6. Sess: 7.
In his quoq; § Quæ uero Parochiæ licet certos fines non
habeant sed certum tn̄ populum, et per certas familias dist-
inguantur usq; adeo ut Sacram^{ta} promiscue non administrent
hoc Conc: decreto utiq; non comprehenduntur
Parōles quæ actu, non aūt quæ habitu tm̄ Parōles existunt
ita. n. Congregatio Conc: censuit

Interponantur § Neque hoc decreto, neque Bulla Pij. V. super hac eadem re edita, comprehenduntur statuta Ecclesiarum deseruiendi per annum uel aliquod tempus, et nihil percipiendi interim de massa grossa nisi peracto integre dicto seruitio, uel post obitum heredibus debetur, cum sit potius differre quam auferre.
Nec pot. Episcopus conuertere id quod debetur pro admissione in usum pium cum huiusmodi admissiones cedentes tamen in propria lucra sint sublatae.
Comprehenduntur etiam quicquid soluitur pro missis nouis decantadis in Ecclesijs receptiuis, ut admittatur quis ad portionem Sacerdotalem, etiam si tales solutiones cederent in pios usus, non enim sunt honesta sed potius spectant ad auaritiam ut Sess. 22. cap. de obseruan. et uitan. in celebratione missae supra.
Mandat Episcopus § hoc decretum non expectat aliam declaratio- nem Episcopi nisi in duobus casibus exceptis in reliquis ponit clausulam reiectiuam.
Non conuertuntur § Nec potest de cetero ex quocunque statuto imponi, ut aliquid soluatur in locum pium, cedens ueluti pro fabrica, uel sacristia Ecclesiae.
Item censuit Congregatio consuetudinem quae imponit onus, excepto quod tendat in utilitatem Canonicorum non ualere, secus in utilitatem Ecclesiae uel augmentum cultus diuini, Item quod conuertitur in utilitatem fabricae intelligendum Ecclesiae.
Et laudabiles § Sed non censentur laudabiles quae sunt pro instauratione uel reparatione bonorum mensae Capitularis, cederent tamen in utilitatem singulorum, sed si extaret talis con- suetudo, ut fructus puta cuiuslibet prestimonij dimidij anni postquam uacauerit, cederent in utilitatem mensae Capitularis, talis utique consuetudo per hoc decretum non est sublata, est enim onus impositum beneficio et non beneficiato, et ita Censuit

Congregatio in una Burgen. Item censuit Congregatio in una Valentina consuetudinem, qua id quod a recepto in Canonicum solvebatur, converteretur in reparationem et instaurationem molendinorum mensae Capitularis, esse ab hoc decreto reprobatam

An consuetudo Ecclesiae Melfien. auctoritate apostolica Leonis Xmi confirmata, ut presbiteri, et Canonici ad participationem massae cors ipsius Ecclesiae non admittantur, nisi prius Xem annos in Accolitatu, Subdiaconatu, et Diaconatu, et in quolibet ex dictis ordinibus per triennium, et in Sacerdotio per annum inservierint, sit sublata per Concilium hoc decreto et per constitutionem Pij V. incipien. Dudum nimis &c. Congregatio Concilii censuit non comprehendi, neque decreto Concilii neque supradicta Pij V. constitutione id tamen temporis quo quis in Seminario degit computandum in decennio

[illegible]

Sess: 24. de Reform: cap. 15.

Distributionibus quotidianis § Idem licere censuit Congreg.
quando nullae sunt distributiones, et prebendae tenues vel e
contra, sic etiam ut huiusmodi unio iuxta formam pntis decreti fieri
possit pro distributionibus quotidianis dummodo tenues sint prae
bendae, secus servandum esse decretum Sess: 21. cap. 3.

Congreg.o censuit proposito quod Dignitas Decidia^tg N. habeat
vocem in Caplo, nec redditus ex mensa Caplari, sed duntaxat
Stallum in Choro, non licere Epo per unionem cuiuscumque
simplicis beneficii illius tenuitati providere

Non sufficiant § Epus ergo potest sed non tenetur unde Metro-
politanus non potest in hoc supplere

Sed Abbati qui Iurisdictionem quasi Epalem habet, etiam si
esset exemptus, ac Ordinarius illius Eccae, etiam si in dta
Ecca, omnia quae in hoc decreto continentur concurrerent, non
licet, sed tm Epo prout hic

Sed non ob tenuitatem Capellanorum ipsius Eccae Cathedralis
pro divini cultus augmento, neque ob tenuitatem fabricae, vel
Sacristiae etiam Cathedralis

Liceat Epis § Caplum sede Epali vacante non potest
supprimere quodcunque beneficium et sibi unire

Hoc decretum non habet locum in suppressionibus ad tempus
sed perpetuis

Consensu § Censuit Congreg. intelligendum esse tm de consensu
illius Capli, cui fit unio, in lib. litterarum fo: 165.

Aut affectione § Idem servandum hic quod san: me: Pius. V. et S.D.N.
Gregor: XIII. decreverunt in unionibus factis seu faciendis
Sem^tijs Quod uniones de beneficijs reservatis validae sunt, si
modo factae fuerint ante eorum vacationem, Quod si post vaca-
tionem factae reperiantur nullae sunt, et provisi a Sede aplica
mitti debent in possessionem dictorum beneficiorum

Hoc decretum locum non habet, si solae distributiones sunt tenues
tunc Epus dumtaxat uti pot remedio cap: 3. Sess. 21.

Sess: 24. de Reform: cap: 15.

Neque praedictae uniones etc. Uniri possunt beneficia uiuentium, sine tamen praeiudicio obtinentium seruata forma huius decreti, sed si beneficium uiuentis unitum contingat resignari, et resignationem per Sedem Apostolicam admitti, unio pro illa uice suspenditur

Sess: 24 de Reform: cap: 16.

Capitulum & Portionarij quia non sunt de Capitulo non comprehenduntur in hoc decreto

Nec Clerus potest cum Capitulo ad hoc se ingerere.

Item Officialem & Non est de necessitate ut sit de gremio, si tn adesset idoneus ceteris paribus esset preferendus.

Octo dies & Caplum ad libitum potest amouere Vicarium, abs per ipsum electum, aut confirmatum, dummodo intra octo dies alium constituat, alioquin deuoluitur Jus deputandi vicarium, ut in hoc decreto, ad Metropolitanum, Et si Eccª Metropolitana fuerit &

Caplum non potest eligere visitatorem ad visitan Diocesin absqz vicario

Ad Vicarium spectat obire omnia illa que ex Conc: pertinent ad Epum occurrente uacatione Parolis cap. 18. Sess: 24. Quare idem vicarius absqz Caplo Parolibus uacantibus, deputabit idoneos vicarios et proponet edicta ad concursum

Congreº censuit Epum in Caplo exempto, si uelit rones exigere ab officialibus ex gremio Capli depu.tis Sede uacante, eorum officij et administrat.nis non teneri procedere cum adiunctis ex forma cap. 6. Sess: 25. nisi uellet criminaliter ad eorum punitionem et correctionem procedere

An existentibus Doctoribus in Caplo necario sint eligendi in vicarium, Si uero Doctores non existant, an unus ex Canonicis Caplo bene visus in vicarium sit eligendus, Rndit Congreº necario eligendos esse Doctores uel Licentiatos, si in Caplo adsint, alias sufficere, ut unus eligatur, qui sit quantum fieri poterit idoneus

Censuit Congregatio facta electione officialium non posse ad libitum eos reuocare, et nouos constituere, nisi uel Economum uel illos officiales, quos etiam uiuente Epo Caplum poit deputare

Item ad vicarium propter cuius abntiam spectat substitutionē facere, sic etiam aliorum officialium

Item Capitulum sede vacante potest facta remotione vicarij, vel aliorum officialium, illos cogere ad reddendam rationem administrationis, eosque pro culpa punire, non tamen impediri futurum Episcopum, quin ex hoc decreto ab eisdem exigat rationem actionum quas sede vacante fecerint et eos punire, etiamsi a Capitulo fuerint absoluti

An hoc decretum quod Capitulum sede vacante constituere debeat vicarium, qui saltem in iure Canonico sit doctor vel Licentiatus, locum habeat etiam in Collegiata defuncto eius Prelato qui ordinariam Jurisdictionem et via Jura Episcopalia habebat? Congregatio Concilii censuit non habere locum

An Capitulum sede vacante possit eligere arbitros ad cognoscendum de suspitionum causis, que contra vicarium ab eo sede vacante deputatum proponantur? Congregatio censuit, non posse Capitulum eligere arbitros, sed posse per seipsum cognoscere de causis suspitionum

An vicarius a Capitulo electus contra Capitulares cum adiunctis ab ipso Capitulo deputatis procedere teneatur quamvis Capitulum exemptum non sit, nec alio modo se tueatur adversus Jurisdictionem Episcopi, Congregatio Concilii censuit non teneri, si neque Episcopus tenebatur, preterea non posse Capitulum deputare adiunctos

Sess: 24. de Reform: cap. 17.

Habens legitime Canonicatum et Parochiam ante Concm licet prebendam post Concm acquisiverit, potest utrumque beneficium retinere per constitutionem san: me: Pij. V. dummodo resideat in Parochia amissis distributionibus quotidnis, quod si omnes redditus consisterent in distributionibus quotidnis amittet omnes, secus vero si esset dignitas cum Cantu, et parochia qa obstat extravag: execrab:

Nominatus a Rege Galliae N. ad Episcopatum Malleacen. vacan. per obitum, petitum, expediri una cum retentione duorum Monriorum quae in Commendam obtinet, dictr retentio qa ipse Commendae in Gallia nullam in se Curam nullamque iurisdnem habent aut exercent, Ideo S. D. N. putavit compatibiles cum Episcopatu

Ad obtinendum duos Canonicatus ante Concm non opus erat dispensatione

Saepius Congreo censuit per hoc decretum adepta possessione unius incompatibilis beneficij vacare primum iure incompatibilitatis

An hoc decretum Sess: 24: cap. 17. quod non obstantibus dispen-sationibus, tollit retentionem duarum Parochiarum, aut alterius cum Cathedrali, extendatr ad retinentem Monriorum cum Parochia.

Congreo Conc: censuit Non extendi

Item Congreo declaravit duos Prioratus, tametsi habentes curam animarum, non comprehendi d. cap. 17. §. Hi vero &.

Dnus fr. V. censuit habentem Parochiam et dignitatem cui ab initio iniuncta fuisset cura animarum, etiamsi utrumque beneficium ante Concm obtinuisset teneri ad dimittendum alterum, contra tamen sententiam Congrenis quae semper iudicavit non comprehendi beneficium Curatum veluti dignitas, ad ea quae dicunturr in c. statutum de elect. in 6.

Congreo Conc: censuit statuto seu consuetudini permittenti, ut in eadem Eccа dignitas cum Canonicatu per eundem obtineri et retineri possit, ad not: in c. po de cons: lib. 6. non intelligi dero-

gatum per decretum Conc: Sess: 24. cap. 17.
Distributiones quotid.ne euinsLt Cap.nie arguunt residentiam in Choro, ideo incompatibilis cum beneﬁcijs residentiam requirentibus
Hoc decretum non comprehendit bene.a Iurispronatus
Eccl.ia baptismalis est incompatibilis cum bene.o Curato.
Cum Ecc.cus ordo § Non comprehenduntur dignitates cum Canctu quae nullos aut tenuos h.ent fructus, licet h.ent sedem in Choro quae ex consuetudine per Cancos obtineri solent iuxta c. p.m de consuet. lib. 6. Item dignitas cum bene.o curato absque dispensatione ap.lica, nec ante Conc.m potuit obtineri, item non est incompatibilis dignitas quae ruralis est, h.ns tn tpalia onera cum Cantu. Cap.ma cui adiunctum est onus deseruiendi choro obtinere non potest cum Cantu per hoc decretum, non autem si h.et simpliciter onus celebrandi missam, nisi eet sub eodem tecto, et tunc pot cum dispensat.ne ap.lica, Nec qui regressum habebat ante Conc: publicat.nem ad Parolem Ecc.liam uel Cantum, et post Conc: obtinuit Cantum uel Parolem, uel ante obtinebat simul, modo est molestandus
Si post Conc.m facto loco regressu uult obtinere utrumque beneﬁcium, ea tn lege ut resideat in Paroli amissis distributionibus quotidianis, pro eo tpre quo in Cantu non deseruierit, Sic etiam si sunt ambo bene.a Curata, alterum intra sex menses dimittat quod maluerit
Conferatur § Id intelligitur cum effectu, ut unum pot retinere quia Ordinarius pot instituere p.ntatum, uel conferre aliud beneﬁcium incopatibile uel rone residentiae, uel rone sufficientiae, dummodo habita pacifica possessione dti beneﬁcij dimittatur p.m
Non sufficiat licEat nihilo.s § Ep.us h.nti unum simplex beneﬁcium quod non sufficiat ad eius sustentationem, potest aliud simile conferre, absque dispensat.ne ap.lica, sed non potest plura simplicia, usque ad sufficientem eius sustentationem eidem conferre citra dispensationem ap.licam, et h.nti beneﬁcium sufficiens pot

conferri aliud sed habita possessione secundi beneficij sufficientis vacat primum sufficiens

Residentiam non requirat ∴ Neapoli quae appellantur fratantie non sunt incompatibiles cum alijs beneficijs requirentibus residentiam

Ante Concilium non erat necessaria dispensatio obtinendi Canonicatum cum Parochiali, sed non Dignitatis cum Parochiali

Ac qualitatis existant ∴ Nec est molestandus is, qui ante Concilium obtineat unum Canonicatum ab Ordinario et unam Parochialem dummodo resideat in Parochiali ex Bulla Pij V. Nec etiam qui obtinebat duos Canonicatus in diversis Ecclesijs, etiam sine dispensatione apostolica, amittit tamen distributiones quotidianas illius Canonicatus in quo non residet pro eo tempore quo Canonicatui non deservit

Plures Parochiales Ecclesias ∴ Dignitas Ecclesiae Collegiatae cui a principio cura animarum iniuncta est, aut illi principaliter imminet non necessario, non comprehenditur in hoc decreto, ut huius legitime alteram Parochialem ante Concilium teneatur alteram dimittere

Congregatio Concilii censuit hoc decreto non comprehendi tercular(?) beneficiales seu pia legata cum onere missas, aliaque divina officia celebrandi, quae neque Ecclesiam neque aliquam habent denominationem conferri tamen consueverunt in titulum simplicis beneficij, uni vel pluribus presbiteris ad praesentationem heredum sive patronorum, et singula duorum aut trium aureorum valorem non excedunt, Quod decretum Congregationis S. D. N. probavit, et placuit servari stylum Cancellariae ut unica collatione plura uni conferri possint in titulum simplicis beneficij

S. D. N. Gregorius XIII audita relatione Congregationis Concilii declaravit Parochialem quae habitu tantum et non actu curam habent comprehendi verbis huius cap.

Sess: 24: de Reform: cap: 17:

Nec obstat huic decreto de incompatibilitate quaecumque temporis diuturnitas

Quidam obtinuit duo beneficia incompatibilia a Summo Pont. et illa in litteris expressit, sed non fuit dispensatum, Videt. Congreg. retineri posse, nisi erant duo Paroles ante Conc. obtenta

Congreg. Conc. censuit Papam ex causa posse dispensare ut quis possit obtinere duo beneficia difformia sub eodem tecto, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem provisi

Sess: 24: de Reform: cap. 18:

Congregatio censuit in Dignitatibus habentibus curam animarum in Ecclesijs Collegiatis non esse necessarium examen per concursum, quale requiritur in Parochialibus Ecclesijs per hoc cap.

An ad obtinendum beneficium curatum ceteris requisitis concurrentibus oportet esse saltem Subdiaconum, cum c. licet Canonum statuta in Sess. 7. cap. 3. ut dicatur beneficiatus intra annum promoveri ad Sacerdotium. Congregatio censuit non oportere.

Licet constituere Vicarium tempore vacationis ad custodiam Ecclesiae vacantis spectet ad Episcopum, tamen in casibus repentinis si vicaria est ad presentationem alicuius Collegij, illum potest constituere donec quamprimum Episcopus certior sit factus et providerit.

Praesupposito quod Ecclesia Parochialis quae proprium Rectorem habebat, nec ulli pio loco erat unita auctoritate apostolica, post Concilium redacta fuerit in simplex, et sine cura beneficium erecta ibidem vicaria perpetua, et Capellania etiam perpetua, cum onere Coadiutoris in cura animarum ipso vicario perpetuo dicata ab ipso Rectore, et stante constitutione Pij V. de vicarijs perpetuis. An presentatio vicarij perpetui et Capellani pro tempore spectet ad praefatum Rectorem, vel horum provisio pertineat ad Episcopum in cuius dioecesi est Ecclesia. Censuit Congregatio in vicario servandum esse hoc decretum, ut vicaria detur per Concursum, et Capellanum sufficere ut approbatus ab Episcopo ab ipso detur iuxta cap. 6. Sess. 21. et sic utrumque beneficium spectare ad Episcopum.

S. D. N. Gregorius XIII. noluit licere Canonicis Regularibus Congregationis Lateranensis etiam de licentia sui Generalis absque permissu Summi Pontificis, assumere curam animarum, etiam ad tempus, multo minus beneficium Curatum ad tempus.

Quaeritur. An Ecclesia Parochiali ex necessitate nempe propter

parochiam Sacerdotum secularium, regularis perpetuo possit
preffici, censuit Congreg.o permitti posse, ita tn ut deducto
victu, quod reliquum fuerit redditaum, in utilitatem Eccl.ae,
et pauperum conuertat. Ob id autem necessariam esse
hodie dispensationem, cum opinionem com(mun)em antiquiorum Doctoru
quod ita de stylo obseruari consueuit, Quod si, magis S. D. N.
Sixto placeret, posse quod petitur ad tpus concedi, quoad s.
Epus prouiderit de Clerico seculari, nihil tn concedendum
nisi instante Epo, pro necessitate uel utilitate Eccl.ae, supra
priorem sntiam Congreg.nis probauit S.mus.

In permutationibus Eccliarum Parochium non requiritur
examen, si tn adsit magna inequalitas numeri Parochia-
norum, uel permutantes non fuissent examinati eo tpe quo
adepti sunt Parochias, tunc eos examinandos esse sed absque
concursu, Et S. D. N. Gregor: xiij. ex sntia Congreg.nis
probauit ad obuiandas fraudes admitti permutationem
nisi uere constet de corpore beneficij, quod cum Eccl.a Parochi.
permutatur

Curam aiarum dare &c. Sed non intelligitur de Canonicis Cathe-
dralis uel Collegiate Eccl.ae quibus cura aiarum incumbit,
et per quos ipsa cura aiarum exercetur

Deat Epus statim &c. Hoc examen et edicta proponere et alias
prouisiones facere prout in hoc decreto, spectat tm ad Epum,
et non ad alium inferiorem uel Caplum non obstante quacunque
immemorabili consuetudine, etiam quod ipse inferior ex im-
memorabili consuetudine haberet huiusmodi ius cumulatiue
cum Epo in loco suae Iurisd.nis dummodo in ipsius Epi Dioc:
Parochia posita sit, sic etiam vicarium constituere, et uia
alia facere, nisi inferior Ordinarius haberet ius congre-
gandi Synodum, ut inferius annotatum est

Fructuum portionis assignatione &c. Hoc ipsum potest sede uacante

Sess 24. de Reform: cap. 18.

Capitulum, quod si in assignatione portionis grauamen intulerit poterit nouus Epus corrigere

Idoneum in ea Vicarium. ✝ Qui vicarius debet habere custodiam et administrationem omnium bonorum ut infra vers. Alioquin Vicarius, etiam Ecclesiae cuius institutio non ad Epum sed ad inferiorem spectaret, non obstan. ijs quae traduntur per DD. in c. Cum vos, de offic. ordin:

Deputandis examinatoribus ✝ Cum uocatis a prono Ecclesiae potest Epus alios etiam clericos ad Concursum admittere

Liberum sit ✝ Sed non potest administrare in Parochialibus in suis manibus resignatis, Consanguineos aut familiares, tam suo quam resignantium, ex Bulla Pij. V. anno eius 3.° Calen: Aprilis

Non paucioribus ✝ Satisfactum erit huic decreto, si tertius examinator examinauerit, et sit pns in approbatione licet uotum suum non explicauerit

Accedere posit Epus ✝ In hoc casu Epus tm uel eius vicarius habet uotum decisiuum

Et ab ea probentur ✝ Quorum officium non expirant cum morte Epi

Tres ex illis eligat Epus ✝ Non statuit precise ut examinatores sint tres, sed quod non possunt esse pauciores tribus ut supra dicitur. Itaque si tres tm sunt examinatores, vota non possunt esse paria sed singularia, quando singuli singulos approbant.

Singuli examinatores debent dare vota super qualitate cuiusuis examinati ex forma vers. (transacto) et Epus non ex collectione horum votorum debet eligere, sed ex vers. Peracto) Examinatores debent solummodo renunciare duos uel tres, ubi pura, examinatis idoneis, deinde Epus absque uotorum calculo, sed solum suo Iudicio eligere debet digniorem

Examinatores peracto examine dnt nos se eorum sntia renunciare Epo, quos idoneos reperierint

Si alius non descriptus petens admitti ad examen iam peractum sed beneficij nondum facta collone, non est audiendus, nec si non esset factum examen, sed terminus tm lapsus, non est admittendus cum descriptis

Immissio in possessionem eius beneficij cuius fuerit facta collatio per inferiorem, debet fieri ad quem spectat collatio

Nec post accipiant ∻ Quacunque etiam immemorabili consuetudine non obstante.

Gubernandam apponis ∻ Huic decreto non est satisfactum per relationes examinatorum, quorum aliqui simpliciter renunciaverunt examinatum idoneum quoad literaturam, aliqui approbaverunt eum quoad literaturam tm, quo ad reliqua dicentes esse onus Epi

Cum eligat ∻ Non ideo prohibetur, quin si unus tm comparuerit in concursu, isque fuerit repertus idoneus, ei debeat Ecclia conferri

Si uero iuris pronatus ∻ Non habet locum hoc decretum contra institutionem, et fundationem, sed servanda est lex in ipsa institutione apposita, sed tn presentatus est approbandus, et examinandus ab Ordinario citra concursum si repugnaret institutioni sive fundationi,

Iudicabit ∻ Et ad eundem pronum Eccrum gratificatio spectabit, quando duo, eque idonei ab examinatoribus fuerint iudicati. quia electio dignioris spectat ad patronum, institutio ad Epum, quando ad ipsum pertinet

Cum uero institutio ab alio ∻ Hoc est inferiore Collatore

Institutio spectat ∻ Speciale est in iure pronatus laicorum ut non requiratur concursus, poterit tn plures pntare, ut examinentur in concursu inter eos

Sess: 24 de Reform: cap. 18

In collatione vero Eccl. Parolis que sub iurispatronatus partim Ecc.ci partim Laici seruanda est forma examinis per concursum hic posita, quam Conc. prestituit in conferenda Paroli, que sit iuris pronatus mere Ecc.ci, Idem dicendum quando Patron.s pro duabus partibus pertinet ad laicos, pro una tm ad Ecclesiasticum

Poterit Ordin. &c. hoc verbo (Ordin.s) intelligitur hoc decretum locum habere etiam in inferioribus Prelatis, Unde si inferior Epo, qui quamdam Jurisd.nem habet Epalem, nec alicui subditur, sed est immediate subiectus Sedi Aplice, nullius Dioc. proprium territorium habens, si habet Jus congregandi Synodum et legitime constat illam congregasse, et elegisse examinatores, poterit concursum instituere et examinare et approbare et Economos ac vicarios deputare, denique via illa que per hoc decretum precipiuntur agere

Ep. Bulla Pij V. que incipit In conferendis / Congregatio censuit non dari appellationem a reprobatione examinatorum, sed dutaxat a mala Ordin.rij electione

Quidam Clericus miles S.ti Stephani petijt admitti in concursum cuiusdam Ecc.ae Parolis Congreg.o p.o censuit significandum Datario Conc.m non prohibuisse quin Regulares possint habere seculares Parolas, Jus etiam vetus non obstare, videat ipse si institutum militie sue obstet; S.mus noluit, quia dicit prohibere Conc.m Lateranen. in Concordatis cum Leone et illud in Gallijs nempe in concordatis fol. 234. 235. habetur Rebuff: fol. 54. n.o 259. tn idem de forma man.ti fol. 300. vers. Parolis pro Can.cis; et ideo scribendum Epo ne Regularem admittat ad concursum quod non debuit istum s. admittere

Vicarius Sede Epali uacante in locum examinatorum abeuntium uel defunctorum, alios auct.e propria sufficere non potest, sed curare debet ut lapso anno alij in locum de,,

mortuorum sufficiantur seu eligantur in synodo, alioquin pro beneficio non habetur qui supervixerunt

Datarius testatur Papam providere de beneficiis vacantibus in mensibus non reservatis Sede Apostolica vacante licet de his nulla habeatur reservatio, vel in corpore Juris, vel in extravag: vel in Regulis.

Si institutio ad Parochiales Ecclesias quae Juris patronatus Ecclesiastici sint facienda a Summo Pontifice, quia forte in mensibus reservatis vacaverint, Jus eligendi digniorem ad solum Episcopum pertinere, qui transmittere debet attestationem examinis facti per concursum, quot in eo fuerint approbati, et quem ex approbatis vel digniorem, cui Sanctitas sua literam faciat

Constitutionis San: me: Pij V super collationem Parochialium Ecclesiarum 15 Calen: Aprilis 1566 S. D. N. Gregorius audita relatione Congregationis Conc: Andit: Non habere locum nisi in ijs dioc: in quibus fuit coacta Synodus Diocesana, et in ea iuxta formam Conc: cap: 18 Sess: 24 fuerunt deputati examinatores.

Eveniente vacatione Parochium de iure patronatus Laicorum quando plures sunt praesentati, requiritur examen per concursum inter ipsos praesentatos tantum, ut ex his qui peracto examine idonei ab examinatoribus renunciati fuerint, Episcopus eum eligat quem caeteris magis idoneum iudicaverit, atque illum et non alterum instituat iuxta hoc decretum, ad ipsum igitur spectat determinare quis magis idoneus sit.

Et licet Episcopus Capitulis seu Coadiutores ad exercendum curam animarum deputatos a Capitulo, sive a quocunque iam auctoritatem habenti examinare non permittere illis absque eius approbatione curam exercere, nec Sacramenta administrare

Congregatio censuit si unus tantum comparuit intra terminum, posse solus examinari et approbari

Item an uno comparente possit prorogari terminus, et proponi

aliud edictum. Rndit Congreg.o aliud edictum non esse propo-
nendum, sed illum, qui comparuit examini subijciendum, et si
idoneus repertus fuerit, eidem beneficium esse conferendum,
nisi si qui descripti sunt, excusent se legitimo impedimento
detineri quo minus valeant ad concursum accedere, tunc
n. poterit Epus legitime terminum prorogare
Item si Epus semel edictum proposuit per concursum, et
ex multis examinatis nullus repertus sit idoneus, licet
Concium non videatur necessario requirere edictum per concursum
fuit, tn tutius iudicatum aliud edictum proponendum, et si nemo
comparuerit idoneus, tunc alio previo examine sine con-
cursu beneficium conferetur
Hoc decretum de concursu non habet locum in beneficijs rlaribus
quae Regularibus conferri consueverunt.
Presupp.o quod alicubi a tpe cuius initij non est memoria,
Parochi Ecc.ar Parochias pro tpe vacantes optare consueve-
runt, Rndit Congreg.o non esse sublatam per Conc: hmoi
consuetudinem optandi et in illis Parochijs quae optantur
non esse necessarium examen per concursum ut in decreto de
permutationibus quia omnes sunt examinati per concursum
cum altimus, et qui de novo admittitur per concursum erit
examinatus
Item Congreg.o censuit ex concurrentibus Epum posse eligere
eum, cuius mores noti sint probatiqs, et preferri illi cuius
vita aut ignoratur prorsus, aut prava habetur, licet
sit doctior.
Item censuit non spectare ad examinatores sed ad Epum eli-
gere ex approbatis magis idoneum,
Ex consuetudine antiqua quaedam Parochiae comendari
solent ad sex menses Sacerdotibus per vicinos pntatis

bus tn̄ sex mensibus elapsis, nunq̃ uel raro, Rector ipse
prorogationem uel nouam prouisionem requirit, sed uigore
d.ᵉ primæ expeditionis ad sui Rectoris uel eorum libitū
in ipso curæ munere persistit, Dubitat.ʳ an huiusmodi Comend.ⁱ
ad sex menses in Ecclesijs Curatis amplius locum habeant
post Conc: Congreg.º rndit locum non hr̃e sed in eis seruandā
esse formam prescriptam a decreto Conc: Sess: 24. cap. 18.
si tn̄ vicini illi legitime probauerint Ius patronatus ualidum
prout Conc. requirit, Sess: 25. cap. 9. permittendum illis præ,
sentare instituendos, præuio tn̄ examine ex d. cap. 18. sed de,
negandam expresse facultatem illis, semel institutos amouendi
ad eorum nutum

Quidam obtinens dignitatem cui erat annexa cura aiarum,
et renunciauit ante Conc.ᵐ Trid: cum regressus, et fructuū
reseruatione, Quæritur an ueniente casu regressus exami,
nari debeat is qui regressum habet, Rndit Congreg.º non dr̃e
examinari dumodo ante Conc: iusto titulo obtinuerit dictam
dignitatem, et līis collationis expeditis eam possederit quo
tp̃e renunciauit cum reseruatione regressus, et quid si beneficium
tale curatum non habet dignitatem. Idem censuit Congreg.º

Epõ Vercellen. S. D. N. Gregorius xiij. audita relatione
Congreg.ⁿⁱˢ Conc. censuit ut in collatione tenuium Parochium
quarum fructus 24. ducat: auri de Camera non excedunt,
si proposito primo edicto examinis per concursum nemo com,
paruerit, fiat 2.ᵐ edictum examinis, sed sine concursu. Si
Epũs Vercellen. pro sua conscia cum deputatorum consilio,
ita expedire arbitrabitur seruatis tn̄ tporibus prescriptis
a Pio V. san: me: in sua Bulla super collatione Parochium

Fructuum portio constituenda parochium Ecclesiarum uacantiū
vicar.º curam exercenti, quousq; ad nouam institutionem
deueniatur, An referri debeat ad solam ipsius sustentat.ᵐᵉᵐ
aut ad ipsarum uacantium annuum ualorem uel modo

ad ipsius vicarij qualitatem, et qui ab Ordinario super premissis agendum erit, portio hec unde sumenda sit, qn constat fructus esse consumptos, aut extantes ita tenues sint, aut vicarij ipsius sustentationi non sufficiant. Congregatio censuit ad hoc omnia referendam, et fructibus percipiendis, nisi aliquae personae sint, que obligatae ad supplendum aliunde.

Et quo pacto succurrendum erit paruulis curae quod vacatione uero subire duxerit, postremo quaerendum erit quorum huiusmodi verborum, si opus fuerit tendat intellectus, cum continuo locus ubi animarum cura imminet sacerdote, sacram utique administratione indigeat, donec loco predefuncti alius instituatur, Congregatio censuit Ordinarium omni diligentia uti debere ut aliquem inueniat qui uelit et possit hoc munus obire, quod si reperire nequiuerit saltem illud curare ut aliqui mercenarij diurni uel hebdomadarij, aut vicini Parochi curam animarum interea exerceant, Eo tempore quia in eadem ecclesia possent adesse alij ministri Sacramentorum qui interea curam quoque illam que ad defunctum spectabat exercere uel aliqui uicini Parochi libenter eam prestarent, aut alij similes casus euenirent quibus appareret non opus esse constituere ibi alium vicarium.

Fratres Capituli Hyerosolim. Sacramenta in Insula Melite non possunt administrare personis secularibus Episcopo subiectis, nisi de licentia Episcopi et ab ipso sint approbati.

Ecclesia Curata cuius redditus adeo exigui sunt ut ea aut nullus idoneus requirit, uel compareant in concursu presbiteri ita rudes ut neque uulgarem linguam calleant an melius sit non idoneis conferri, uel ea diu uacare permitti. S. D. N. ex sententia Congregationis dixit conferenda esse illis quos inter omnes maiores literature esse cognouerit Episcopus, eosdemque amplius erudiri curabit.

Ubi uero ob onus temporales, uel aliam iustam causam concursus

mori esset liber, et fructus pro Parochum vent pingues dixit
ponendos esse vicarios donec consensi poterunt magis idoneis
servata forma Concilij:

An Bulla Pij V. de non admittendis resignationibus heat locum
in Ecclesijs Parochialibus. S. D. N. Gregorius xiij ac Sacra
Congregatio declaravit locum habere, et ideo admonendum Episcopum
ut huiusmodi familiares vel consanguineos admittat ad concursum

Quaeritur vtrum Episcopus vel vicarius habeat votum decisivum
in approbandis examinatos ab examinatoribus in Synodo depu-
tatos. Congregatio respondit habere, si examinatores fuerint pares
vel singulares in votis suis.

An existentibus quoque examinatoribus singuli examinati
dimidiam tantum suffragiorum reportarunt, ita ut ex non appro-
batis Episcopus aliquem facere possit approbatum. Congregatio
respondit posse

Et quid quando vnicus comparens, duo pro se ra et duo contra
reportavit suffragia, An Episcopus vel Vicarius accessione
sui voti illum approbare, vel penitus reprobare possit.
Congregatio respondit posse

An si pluribus examinatis aliquo vltra dimidiam vocum fuerint
consequuti, et sic approbati, et vnus via suffragia pro se
plura reportaverit, Episcopus facta per examinatores relatione
possit postposito illo in quem via suffragia confluxerunt
alium ex eis eligere, qui vltra dimidiam partem vocum
habuerunt cum omnes approbati dicantur. Respondit Congregatio
posse

Vtrum stantibus verbis Concilii ibi quorum votis si pares
aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus vel Vicarius
quibus magis videbitur si ex tribus examinatoribus quolibet
eorum vnum approbaverit, et alij duo approbatum ab
altero reprobaverint accedente Episcopo vni, vincat alios
duos reprobatos ex quo sunt numero pares probantium et re-

probantium? Congreg.º rndit non vincere, et neminem ex istis videri approbatum

Idem rndit Congreg.º An idem dicendum sit quando sunt quinque examinatores, et quilibet eorum approbat unum ex examinatis, et coeteri quatuor reprobant approbatum ab altero, et pro uno illorum accedente, ex quo vota sunt singularia, an iste cui accedit Epus sit praeferendus, et sic unus ex examinatoribus cum Epo vincat alios quatuor reprobantes

Similiter si unus tm compareret ad se examinandum coram tribus examinatoribus uno illorum approbante coeteris reprobantibus, an illi accedere possit Epus? Rndet Congreg.º non posse et examinatum dici reprobatum

Epus pot occurrente vacatione beneficij curati vacare et admittere ad concursum habentem aliud beneficium curatum, sed non pot sine concursu, licet obtinuerit ille beneficium quod possidet per concursum, et postquam vacaverit adepta possessione pacifica alterius curati, poterit Epus ponere edicta per concursum, Congreg.º censuit propositionem edictorum publicorum relicta esse arbitrio Epi vel Synodi Provincialis

An satis sit eum quem Epus idoneum judicat proponere examinandum absque alio concursu Rndit Congreg.º non esse satis imo ex decreto Conc. teneri Epum plures nominare examinatoribus, et alios etiam ab alijs nominatos admittere, sicque examen per concursum omnino facere prout ex Bulla Pij V. statuit, exceptis tn illis casibus in quibus ex pnti decreto 18 ad finem ver: Si tn adeo exigui, permittitur posse omitti examen per concursum, si Epus pro sua conscientia cum consilio deputatorum ita expedire arbitrabitur

An pot Epus curam animarum toti Caplo Cathedrali Eccl.ae incumbentem transferre per viam unionis perpetuae in certam personam, seu dignitatem eiusdem Eccl.ae Congreg.º rndit posse de consensu tn Capli

Presentatus fuit ad Ecclesiam Parochialem quidam regularis

propterea quod in Regionibus ob hereses, grassantes et bella penuria erat Sacerdotum secularium in qua quesitum fuit an pro illius Ecclesiae necessitati et utilitate admittenda esset hmoi praesentatio: Congregatio Conc. censuit concurrentibus causis propositis a S.mo D. N. posse permitti, ita tamen ut deducto victu quod reliquum fuerit redditum, in utilitatem Ecclesiae et pauperum convertatur, ob id autem necessariam esse hodie dispensationem, contra veterem opinionem antiquorum DD. quod ita de stilo observari consuevit quod si magis placeret S.mo D. N. posse quod petitur ad tempus concedi, quoad Episcopus provideat de Clerico seculari, Nihil autem concedendum nisi instante Epo pro necessitate et utilitate Ecclesiae.

S.mus D. N. Clemens viij decrevit hoc in futurum observari, quando vero examinatores Synodales intra annum eorum deputationis mortui fuerint, nempe ut Episcopus examinatoribus antiquis Synodalibus si fuerint, subroget alios, non pauciores nam sex. Et si non extiterint tot examinatores Synodales antiqui, qui ad hunc numerum ascendant, tunc Episcopus eligat illos qui fuerint, ac suppleat alios de novo approbatos tamen a Capitulo, usque ad numerum praedicti complementus.

Verum si nulli antiqui Synodales examinatores superstites fuerint, tunc Epus omnes novos examinatores, probitate et scientia idoneos qui a Capitulo approbati sint, non pauciores pro numero substituat, et veniente vacatione cuiuslibet Parochialis Ecclesiae, Episcopus debebit ex praedictis examinatoribus, eligere tres, qui cum eo examen iuxta decretum Conc. praesenti cap. perficiant. Officium autem omnium praedictorum examinatorum Synodalium subrogatorum expiret cum primum advenerit tempus novam Synodum iuxta cap. 2. Sess. 24. celebrandi.

Sess: 24. de Reform: cap. 19.

Expectatiue. - Non potest Episcopus de cetero per hoc decretus eligere Canonicos supranumerarios ad futuram prebendam. An in Ecclesia Salernitana in qua 24. Canonici, quorum duo postremi prebendam expectant, consuetudo immemorabilis hactenus obseruata, et a Pio. 4.° motu proprio et ex certa scientia confirmata, qua antequam uacet aliquis Canonicatus, cuius electio spectat ad Canonicos, eliguntur a Capitulo precedente licentia Episcopi, duo uel tres expectantes locum ultimi Canonici sine prebenda uacaturum, ad quem iuxta gradum expectantis, denuo a Capitulo eligitur unus, et admittitur precedente approbatione et Confirmatione Ordinarij, censeatur sublata ex hoc decreto Concilij: Congregatio censuit, hanc consuetudinem non comprehendi hoc Concilij decreto.

Sess: 24. de Reform: cap. XX

Causae omnes ad forum Ecclesiasticum quolibet pertinentes et beneficiales in p.a instantia, nunquam per Signaturam Justitiae alijs comittuntur, quam locorum Ordinarijs, nisi illi ex legitima et in iure expressa causa recusarentur, quo casu tunc Judicibus in partibus comittuntur, Et si monimoniales eae fuerint Episcopis viciniioribus. Quod si uel de affectis aut reseruatis beneficijs ageretur tunc in Curia comittuntur

Item prouisi per sedem Apostolicam de beneficijs reseruatis possunt virtute breuium in fauorem literarum seu ad nomina Camerae Apostolicae capiendam possessionem, et Auditori eiusdem Camerae directas citare, ac ad iudicium coram eodem A. C. uocare possessionem talium beneficiorum occupantes et detinentes, ac si coram Ordinario super possessorio tantum causa uentilatur, et sententia super eodem possessorio prolata fuerit, potest pars aduersa causam in Curia comittere

An hoc decretum priuatiue tribuens Ordinarijs locorum in p.a instantia, cognitionem causarum ad forum Ecclesiasticum pertinentium, de Episcopis tantum intelligatur, et de exemptis, Episcopalem Iurisdictionem habentibus, An etiam de Prelatis inferioribus qui subsunt Episcopo, ueluti de Archipresbiteris uel Plebano Ecclesiae Collegiatae, ita ut istis inferioribus qui etiam in eorum plebi Ordinarij dici possunt, huiusmodi cognitio priuatiue pertineat, etiam in p.a instantia, illo excluso Episcopo.

Congregatio censuit de istis in hoc decreto non agi

An si pendente causa in p.a instantia coram Ordinario ante diffinitiuam a grauamine per eum illato appelletur ad Metropolitanum debeat, iustificato grauamine, ad Ordinarium causa remitti, uel potius apud eundem Metropolitanum Judicem instantia terminari: non obstante hoc decreto Concilij?

Congregatio censuit quoad causas ex iuris communis dispositione, ad Ordinarium nec ne remittendas, nihil innouasse Conc. Trid: hoc decreto

Congreg.° Conc: censuit hoc decretum non sustulisse modos legitimos quibus aliquis ex iuris com.s dispositione presertim ratione celebrati contractus forum sortitur.

An is qui appellauit, uel cam ob lapsum biennij ab Ordinario auocauit, teneatur ex Conc: Sess: 24. cap. 20. §. Preterea transferre non solum acta gesta coram Ordinario a quo appellauit uel cam auocauit, sed et alia si qua occasione eiusdem causę coram alio Judice gesta fuerint. Congreg.° rndit teneri,

An de consensu Epi possit ca in pa instantia in Curiam introduci, non obstante hoc decreto Conc: Sess: 24. cap. 20. in p.°, nisi partes ambę consenserint. Rndit Cong.° hre locum, et de consensu Epi non poit causa in pa instantia in Curiā introduci nisi partes etiam consenserint

Et quid in causa inter Epum et alium, nunquid instante Epo poit cognosci in Curia. Rndit Congreg.° si causa sit inter Epum et alium ad solius Epi instantiam cognosci nō posse parte reluctante in Curia, sed remittitur viciniori, et ita seruatur in Signatura

An causę Ciuiles et Criminales ad Ecclesiam Cathedralem spectantes rone directi dnij, quod habet in bonis ab ea in feudū concessis, comprehendantur hoc decreto Conc: adeo ut in pa instantia cognitio hmoi, non sit per Nuncios uel Legatos de Latere ab Epo auocanda. Congreg.° rndit non comprehendi causas Ciuiles tantum

An hoc decretum quo cauetur cas a Locorum Ordinarijs esse intra biennium terminandas, aliqui post id spatium, liberum esse partibus, uel alteri illarum Judices superiores adire, hēat locum si non stetit per Judicem, quo minus intra dictū tpus cam definiret, sed uel ob qualitatem causę, uel partiū Cauillationes. Congreg.° Conc: censuit non hre locum, quando non stetit per Judicem, sed propter cae qualitatem, quod ab ipso Judice docendum est, secus si per cauillationem et subterfugia partium

Sess: 24 de Reformat: cap: xx

Iudices superiores § Non comprehenduntur hoc decreto Iudices Conseruatores Regularium, siue aliorum

A diffinitiue uim hnte § Idem si Vicarius extra iudicialiter processisset

Reparari nequeat § Intelligendum est etiam de grauamine indebite Carcerationis, et Ordinarium teneri huic appellationi deferri, et simul processum transferri ad Iudicem app^nis. Interim tn reus maneat in Carceribus, donec Iudex app^nis causa cognita aliud iusserit

Causæ matrimoniales § hoc decretum non repugnat quin Abbatibus habentibus Iurisd^nem pleno iure, spalem et tporalem causas matrimoniales et criminales cognosci possint et decant etiamsi fuerint Decani Caplorum ex quocunque priuilegio aplico, sed per hoc non tollitur quod isti Decani non possint visitare subditos suos

Archidiaconi § hoc decretum non tollit uelati si Archidiacono competierent oblationes omnes que ex benedictionibus nubentium percipiuntur huiusmodi iurisd^nes, dummodo actus benedict^nis relinquatur ijs, quibus ex decreto Conc: Sess: 24 cap. p^o de reformat matrimonij competitur

Inferiorum Iudicio § Non comprehenduntur inferiores Prelati qui sunt nullius dioc: bene exempti vero, qui sunt intra fines alicuius diocesis

Et si in pnti § Sepius responsum est hoc decretum Conc: non sustulisse immemorabilem consuetudinem, et ideo si isti inferiores legitime eam probauerint sinendi sunt exercere eiusmodi Iurisdictionem, interea tn dum illi eam consuetudinem immemorabilem probauerint, Epi soli hanc Iurisdictionem exercere debent, cum pro Epo sunt Regula uerba, mens, et ro Concilij, et legitime probatur quod per tres sntias probatum est

Sess: 24. de Reformat. cap. XX.

Nuncij — Poterunt consentiente utraq; parte ac Ordinarij consensu accedente.

Preterea — Quesitum fuit, An hic §. comprehendat tantum causas ad forum Ecclesiasticum quolt pertinentes, de quibus in p.° eiusdem decreti, An uero causas profanas ad Judicem Ecclesiasticum delegatas: Censuit Congregatio causas profanas non pertinentes ad forum Ecclesiasticum non comprehendi d. §. etiamsi Judici Ecclesiastico comisse fuissent siue in p.ª siue in 2.ª instantia

Non obstantibus quoad omnia supra privilegijs — An decretum hoc intelligatur sustulisse etiam res iudicatas que innitunt privilegijs ante idem Concilium obtentos, S. D. N. Sixtus V. audita relatione et rationibus utrinq; expositis, Censuit sententias hoc loco sublatas esse pariterq; res iudicatas, et Glo: in Clem: Dudum, in verbo Pacta, et decis: Congregationis supra cap. 8. Sess. 7. non intelligi nisi ubi duo uincula incurrunt; quorum alterutrum vinculum ex se afferat, atq; ita mandauit in similibus responderi

Literas Conseruatorias concessas Vniuersitatibus generalibus quas decreto Conc: Sess: 14. cap. V. in fine voluit esse saluas, hoc decreto non fuisse sublatas censuit Congregatio

Sessio 25.

De Inuocatione, Veneratione, et Reliquijs Sanctorum, et Sacris Imaginibus.

Recipiendas ‡ Si vero reliquie sunt antique habenda sunt in illa veneratione qua hactenus fuerunt

Sess: 25. de Regul: cap. 2.

Incorporentur ✝ Quicquid singulę moniales quoquo titulo acquisierint, totum recta ad Abbatissę manus deferri oportet, quę inprimis ex huiusmodi acquisitionibus subueniet arbitrio suo necessitatibus illius monialis, cuius opera vel contemplatione fuerint parta, quod uero reliquum erit, conuertet in comm. usus totius Monasterij, curabitque ut victus monialium quotidianus sit communis, et in coctura et usu

Amouibiles ✝ Secus si darentur in titulum tunc admitterentur etiam illorum resignationes, etiam in fauorem, in forma dignum, et quod expressis eiusdem ordinis professis, haec n. officia in titulum concessa dicuntur potius dignitates

Moniales illę quę Capitulo sui Monasterij in officiales huiusmodi eligi solebant in administratione bonorum immobilium d. Monasterij perseuerare possunt quamdiu superioribus Monasterij visum fuerit

Priuatus sit ✝ In omnibus actibus Capitularibus non tamen in electionibus

Fratres mendicantes ordinis minorum de obseruantia Sancti Francisci sunt incapaces annui redditus legati, cum inter immobilia reputetur Clem: exiui §. Cumque annui redditus, de verb. sign: Ceterum ualet Legatum immobilium eis factum sub modo legitimo, nempe ut uendant, et pretium conuertant in necessitates Ecclesiae et idem est si modus non fuisset adiectus, Nam sub modo licito relictum intelligitur, Card: post Bart: et Bal: in d. Clem. §. Proinde. n. XI, et ita Congregatio saepius consulta respondit, Et de fratribus qui sunt solliciti in quaerendis victualibus, et alijs rebus pro victu, Caiet: in 2a. 2e. q. 188. art. 7. ad primum

Sess: 25. de Reg: cap. 3.

De obseruantia ∻ In hac exceptione frum minorum de ob-
seruantia non comprehenduntur Moniales Stae Clarae.
Vocantur ∻ Qui possunt perquirere et colligere quascunqz
elemosinas exceptis pecunijs
Possit sustentari ∻ In monrijs monialium in quibus iuxta
hoc decretum Epus certum numerum constituit, liceat
Abbatissae in locum monialium deficientium alias recipere
parta certa elemosina pro dote, et quatenus non liceat, quae
prouisio deat per Epum adhiberi..? Congreo. Conc: censuit
si ex redditibus monrij uel ex consuetis elemosinis tm spectat
monialibus ut ad ipsarum uictum et ad fabricam Eccae, aliasqz
necites comode sufficiat, minime licere, secus si monialium
numerus augeatur, cum aut huius theorica ad praxim difficulter
deduci possit, referendum ad S. D. N. Sixtum Vm. qui comprobauit
sntiam Congrenis confirmans augendum numerum, si dos reci-
pienda sit
Epus potest cum Supbus Regularibus in Monrijs sibi subiectis
taxare numerum ∻ iuxta constitnem. S. D. N. Gregorij xiij.
quae incipit Deo sacris virginibus ∻

Sess: 25. de Reg: cap. 4m.

Puniatur & Sunt igitur puniendi sed non sunt excommu,
nicati

Sess: 25. de Regul. cap: 5.

Universis Epis ¶ Epus monria Regularibus subiecta pot visitare, in ijs oibus que ad clausuram pertinent

Ingredi ¶ Quoad accessum ad colloquium cum monialibus ad crates, seruanda est consuetudo etiam in monrijs Regubus subiectis, et quo ad hanc facultatem concedendi licentiam accessus intelligendum est etiam priuatiue quoad ipsos Superiores rclares, veluti si nemo ex consuetudine possit accedere sine Epi licentia, quoad licentias ingrediendi intra septa, seruandum est hoc decretum. Item licentia ingrediendi obtinenda est a Regbus, qndo monria ipsis Regbus non autem Epis sunt subiecta. Item facultas admittendi et accipiendi famulos ad vos pariter spectare dicitur qui monria habent

Incurrenda ¶ Puelle que intra monrium educationis causa detinebant*, licet egresse sint, non prohibentur quo minus iterum recipi pont ut fiant moniales.

Dare autem tm Epus ¶ Congreo censuit seu pnte seu abnte Epo non posse hanc facultatem Vicarium habere nisi specialr Epus ipsi vicario Gnali delegauerit et per scripturam. An hanc facultatem alijs particulariter subdelegari poit? Rndit S.D.N. Gregorius xiij. se tm Cardli Sti Praxedis particulr concedere ut faciat quod sibi uidebr expedire

Ingredientibus cum Epo non opus est licentia

Sine Epi ¶ Etiamsi sint in Jurisdne inferiorum exemptorum si tn in illius Epi Dioc: sint monria et ei subiecta, si uero Regbus subijciuntr ab ijs petenda est licentia ut hic

In casibus necarijs ¶ Epus concedere debet licentiam in casibus necarijs honestis mulieribus, petentibus tn, que curam hnt de monrijs Conuertitarum

Sunt exposita ¶ Sed non habet locum hoc decretum in illis monrijs que longe distant ab vrbibus, uel oppidis, et a frequentissimis pagis circum circa custodiuntur

Moniales Tertiariæ quæ tria vota substantialia solemniter emiserint, cogendæ sunt omnino ad observandam clausuram In alijs autem Tertiarijs quæ dicta uota non emiserunt, servandam precise Bullam Pij V. editam anno 1566. 4° Cal: Junij, sicq; declarandum esse breue alias a Pio V. scripto Nuncio Hispaniarum pro tertiarijs hispanis, quæ ea vota non emisissent, ut quatenus in eo concessit ut permanerent prout antea uixerant, intelligatur tamen hæc permissio iuxta prescriptum dictæ bullæ, quæ etiam generaliter in omnibus huiusmodi tertiarijs vbicumq; degentibus deinceps obseruetur, nulla habita amplius ratione illius iussionis factæ ab eodem Pio V. ut istis Tertiarijs solemniter non professis, certus terminus prefigatur ad profitendum, quo elapso si non fuissent professæ, ad domos parentum, propinquorumq; reuerterentur, Cum enim nulla super hac iussione fuerit promulgata Bulla, sed aliquæ tamen literæ partim a Congregatione Conc: partim a nonnullis Protectoribus Regularium pro quibusdam particularibus monasterijs harum Tertiariarum scriptæ fuerint, ob id satius esse ad generalem partem bullæ iam diu editæ, et passim receptam obseruationem redire

S. D. N. Gregorius audita relatione Congregationis, approbauit relationem alias factam a san: me: Pio V. ut liceat mulieribus ingredi prima claustra Monasteriorum quando contingit viros et mulieres in publicis processionibus ire per ea ad Ecclesiam uel in eis diuina celebrare et non aliter

Cadauera eorum qui cupiunt in Monasterijs monialium sepulturæ tradi Audit S. D. N. Gregorius xiij, humentur in exteriori Ecclesia, non autem intra Clausuram

Censuit Congregatio Episcopum Dioce: in Monasterijs alteri Episcopo subiectis ex Conc: habere ius visitandi quoad clausuram, et eandem potestatem quoad alia quam habet in Monasterijs subiectis Regularibus.

Si qua ex monialibus docta sit organum pulsare non esse eam cur

prohiberi debeat Organum in eadem Ecclia
Quantum uero ad Organi Concionatores et Magistros, cum eorum opera uti oportuerit debere admitti ea ratione, qua ceteri admittuntur artifices
Absoluto tempore educationis Puellae si statim puella non egreditur, nemo incidit in excoicationem, et censuras eius Conc: et constit Pontificum, sed tum demum potest Epus pro sua Prudentia terminum prestituere, intra quem eligat pta puella, utrum uelit aut monialis effici, aut Monrio egredi
Congreo. rendit comprehendi constitnem. san: me. Pij. V. de clausura monlium sub datum Romae 1566. 4. Calen. Julij ano p°. quandam religiosam domum mulierum, de paupere uita nuncupatam, quae castitatis uotum simplex emittunt, non aut uotum clausurae, et obedientie monachalis, ut nolentes emittere professionem, et extra clausuram uiuere oino interdictum sit, et perpetuo prohibitum, ne in futurum ullam aliam prorsus in suum ordinem Congregationemue recipiant
Quae educationis ca sunt in Monrio exire pont deinde ingredi et habitum suscipere
De mulieribus quae inseruiunt in quibusdam partibus proferendo cementa, et similia fabricatoribus, Congre°. rendit q S.D.N. Grego: xiij. audita relone Congrenis dixit q si uiuere urgeat necitas pro fabrica regularium, Epus conniueat in hoc ingressu mulierum ad Monria eorum
S.D.N. Gregorius xiij. audita relone Congrenis dixit mulieres quae in Congregationem uiuunt pro cura mulierum quae fuerunt inhonestae, uel a uiris proprijs desertae non esse cogendas, neqz ad professionem neqz ad clausuram, ut sunt in Monrio Stae Marthae
S.D.N. audita relone Congrenis Conc: Rndit Regulares a quibus cura Monlium sublata fuit, non posse etiam de

licentia et iussu Superioris Ordinarij audire confessiones illarum

Presupposita declaratne Congrenis alias edita quod si in loco sit consuetudo non accedendi ad Monria Regus subiecta sine licentia Epi ea deat observari, An eodem modo attendenda sit consuetudo post Concm introducta ut Ordinarij concedant licentiam ingressus ad Monria Regus subiecta privative ad ipsos Superiores rlares, et an dato quod a Superioribus rlaribus huiusmoi licentie ingressus, et accessus concedi deant privative ad Ordrios, possint tn Ordrij aliquam ipsarum licentiarum cognitioem et superintendentiam habere, prout Mediolani, ubi vigore Conc: Provlis primi dnt he licentie apud Supres registrari: et an si ipsis sic expedire ex aliqua iusta causa videbr, licentias ipsas aliquando improbare!
Rndit Congreo. quoad primam partem attendendam consuetudinem, sed si legime prescripta sit, Iudex competens cognoscet, interea maneat Ordrius in ea quasi possone in qua nunc reperitr. Ad 2m licentias registrandas, Ad 3m non posse improbari

Congreo. Conc: censuit Monialem que, e suo Monrio ad aliud Monrium transferenda est, dotem secum non posse afferre, que applicata iam erat priori Monrio

An Ordinarij inspectantibus ad clausuram singulas moniales examinare valeant? Congreo. censuit, posse

Et an ad easdem simul sermonem hre tam de alijs quam de respicientibus clausuram, veluti et de Sacramtis, et ubi! Congreo. censuit, posse quo ad omnia, tam intra Monrij septa, quam ad Crates

Utrum puella introduci poit intra claustra Monrij Monialium adhuc ut educetur ibi, etiam absque licentia Ordrij quo ad

Sess: 25. de Regul: cap. 5.

Monria claribus subiecta. Annuit Congre.° posse obtentis tn̄ lrīs ab ipsa Congre.ne in forma iam prescripta, non autem ex sola licentia Superiorum clarium, Nec etiam de licentia Ord.rij et Superior illa que habitum clarem suscipere uult, et ibi permanere per aliquot dies, ut magis perspicere pōit monrij et ordinis clam, nisi obtentis lrīs ab ipsa Congre.ne S. D. N. Gregorius xiij. Annuit licere, honestum .n. esse dixit ut qui uult in illo monrio suscipere habitum, uideat monrij et ordinis clam, et ipsa etiam videatur ab illis

An Regulares adeuntes monria monlium sine licentia Epi incidant in penam excōicationis, quam Epūs suo edicto proposuit, et dato quod incidant, an pōint absolui ab eorum Supe.bus an vero ab Epō, qui in ipso edicto absolutionem sibi reseruauit, Congre.° Conc: censuit, si Regulares ab excōicationibus Ordin.rium suis nōiatim priuilegijs eximantur, non incidere quidem, sed si intra claustra degant puniendos esse iuxta dispositioem cap. 3. Sess: 23.

In electione ¶ Congreº. censuit electionem esse nullam quando aliqui ex electoribus unam schedulam recipiunt, unico nomine scriptam et nomen electi notum Scribe uel alteri, et reponunt in capsula, similiter qui accipiunt de manu scribe duas schedulas, et unam quam uoluerint reponunt, alteram lacerant, quia scriba potuit reuelare talem qui habuit nisi unam schedulam, uel talem qui habuit duas, monendus hic electus, non legitime electum et si fuisset conscius fraudis puniendus est, et admonendus ut petat a Smo Confirmationem

Et Abbatissarum ¶. In electione Abbatissarum, vota uere, tenus accipi non possunt a suis Superioribus cum duobus testibus Nec pot proximus superior huiusmodi electionem irritam, ut pote factam contra formam huius decreti, confirmare et reualidare, absque Sed. apost: auctoritate

Quoscumque titulares ¶ Omnes titulares quamuis principaliter ad effectum electionis faciende constituti non sint, prohibiti sunt ferre suffragia, non tamen ij, qui titulares perpetui sunt habentes ueros titulos suarum Ecclesiarum a quarum possessione ui excluduntur, ut sunt Priores Anglie, Ungarie, Dierum

Procuratores legitime constituti cum generali mandato ad eligendum ab ijs qui legitime impediti sunt, non excluduntur, dummodo non habeant speciale mandatum de eligenda certa persona, quia tunc uotum non potest esse secretum prout in hoc decreto

Ubi sunt tres tantum uocales, quorum unus non potest eligi in discretum, et per consequens necesse est ut alter eorum duorum qui remanent, det alteri uocem suam, et ita elec= tio non potest esse secreta, Dubitatum fuit an possit fieri electio discreti, que non sit contra formam huius decreti. Censuit Congreº. posse, si ita statutis Religionum per missum est

Sess: 25. de Regul: cap. 6.

Regulares obtinentes officia uel beneca in eorum Religione non tenentur ex bulla Pij 4. ad professionem emittendā quod si fecerint sunt cōmendandi

Si in electione Prelatorum clarium procedi pōt alia uia quam per scrutiniū, ut pote per viam compromissi, aut inspirationis, aut oportet procedere per viam scrutinij tm̄, quo poterit satisfieri decreto Conc: ut vota sint secreta.

Congreo. Conc: censuit electionem horum Prelatorum deēē fieri tim per vota secreta ut se hent uerba propria Conc. Sess: 25. de Regul. cap. 6.

Ante seu post scrutinium ullo modo electoribus licet, cui suum uotum dederint publicare, sic Rndit Congreo petenti an electio sic facta teneret

Sess: 25. de Regul: cap. 7.

Rndit Congreg.° Canonichessas de quibus in. §. penul: in c. Indemnit.s de elect. lib. 6. et in Clem. pa §. p.° de stat: monach. que non emittunt professionem, non comprehendi hoc decreto Conc:

Superior § hic actus accipiendi uota in electione Abbatisse dele, gari potest

Accipiat § Superior qui electioni Abbatissarũ preest potest una cum vicario suo uel secre.° uel alio ab ipso assumpto vota singularum monialium vretenus expressa audire.

An eo casu quo non reperiatur in eodem Monrio aliqua monia, lis quadragenaria, cum qualitatibus requisitis, teneantur moniales, aliam ex alio eiusdem ordinis Monrio eligere uel liberum illis sit aliquam de consensu tñ Epi uel earum Sup.tis ex proprio Monrio eligere habentem tñ qualitates requi, sitas per hoc decretum. Rndit Congreg.° non teneri, sed eis liberum esse § de consensu tñ Epi §

Quod si nec talis in proprio monrio, nec quadragenaria in alio eiusdem Ordinis reperiatur, an poterit aliqua ex ipso monrio eligi, que iuxta c. Indemnitatibus de elect. in 6. trigesimum anum expleuerit, et expresse professa. Rndit Congregatio posse.

Quod si nulla aderit que trigesimũ anum expleuerit, an aliqua minoris ętatis eligi poit, uel potius postulari debeat, et ad quem spectet hmoi postulationem admittere Rndit Congreg.° postulandam esse a Papa

Sess: 25. de Regul: cap. 8.

An monasterium san. Mariae descriptae Ordinis S.ti Benedicti Beneventanae dioc. a Jurisd.ne Epi. exemptum et Sedi Aplicae immediate subiectum, quod ante Conc: publicat.nem comendatum reperitur, comprehendatur sub dispositione huius cap: 8. Sess: 25. de Regul. ut reluctante Comend.rio, possit se in Congre.nem M.ae virginis eiusdem Ord.nis S.ti Benedicti redigere, praesupposito quod Comend.rio comissa fuerit cura, regimen, Jurisdictio et omnimoda administratio d. mon.rij in spualibus et tporalibus cum potestate eiusdem mon.rij personas corrigendi, castigandi, et visitandi propria auctte.? Congre: Conc: censuit hos monachos non posse sese aggregare huic, nec alteri Congreg.ni iam institutae et formatae, licere tn eis, se se cum alijs mon.rijs iuxta d. decretum Conc: ad formam c. in singulis de stat: monach. in Congre.nem redigere. Intellexit Congre.o Conc: illa verba (Et deinde in quolibet triennio sese in Congre.nem) quod debeant de triennio in triennium, ista mon.ria comune celebrare Caplum, iuxta dispositionem d. constit.nis in singulis, Item mon.ria Comendata hic comprehendi, et sntiam Congre.nis ad S. D. N. Greg.m xiij. relatam, Stas sua probavit et d.m decretum Conc: exequutioni demandari iussit

An convocare Mon.ria ad Cong.nem faciendam de qua in c. 8. Sess: 25. de Regul: pertineat ad Prelatos eorum tm, An vero etiam illis renuentibus ad ipsos Caplares ita ut dispositio Conc. de metropo.no convoc. non intret nisi data utrorumque neglig.a? Congre.o Conc: Rndit, pertinere ad Prelatos tm, et ipsis renuentibus et negligentibus ad metropolitanum

Sive ad Prelatos tm pertineat convocatio, sive illis renuentibus, etiam ad Caplares, quis numerus vel Prelatorum, vel Capitularium ad legitime convocandum sufficiens sit, an duo

uel unus tm. Prelatus? Congreg.º Rndit conuocationem facciendam per maiorem partem Prelatorum.

In legitime congregati compellere possint quoscunque monacos Prouinciae uel extra, si intra eam non sit sufficiens monachorum numerus, ad dictam Congregationem faciendam, atque in ea deliberare ac definire quecunque necessaria uidebuntur, et opportuna.

Rndit Congreg.º non posse compellere, posse tamen legitime congregatos, deliberare ac definire ea pro quibus Congreg. fuit conuocata iuxta formam huius decreti Conc.

Sess. 25. de Regul: cap. 9.

An Moniales sub nõie S.ti Spiritus in Savia gubernādę ab Episcopis sint? Congregatio Conc: ita Censuit

Sess: 25. de Regul: cap. x.

Alius ex ord[a] suis. An hoc decretum ita intelligendum sit ut alterius ordinis clericus, uel etiam secularis sacerdos a superiore offerri possit, et si pot, an uino teneatur, ita ut eiusdem extra Ordinarium offerre non possit. S. D. N. Greg: xiij audita relatione Congregationis sententia Ændit posse, sed non teneri

An laicis, qui intra claustra Regularium habitant, et illis actu seruiunt, possint clerici Sacramentum Eucharistiæ etiam tempore Paschali, ac extremæ unctionis ministrare, nec non in eorum Ecclesijs sepulturam dare. Congreg. Conc: censuit posse

Audire debeat. Arbitrio tamen cuiuscunque monialis, si extra ordinario uoluerit confiteri

Septa Monrij. Ut s. sit in Ecclesia, et uino seruari prohibetur intra septa Monrij, et de ea Ecclesia intelligendum, in qua id secundum Canones fieri debet, nec seruari pot intra parietem, qui est medius inter Chorum monialium et Ecclesiam exteriorem, ita ut sit fenestrella ex parte Ecclesiæ, ex qua Sacerdos mutare poterit Sanctissimam Eucharistiam

Nec potest Episcopus prohibere ut Ecclesia exempta ueluti hospitalis Sancti Spiritus non conseruet Sanctissimum Christi Corpus

Sess: 25. de Regul: cap. xi.

S. D. N. Pius V. dixit quicquid Concilium uideatur disposuisse in hoc decreto, excipiendo casus Eccl.ar. in quibus Clerici habent Epalem et temporalem Jurisdictionem, uelle ut in ominibus Ecclesijs Parochialibus in quibus cura animarum etiam laicorum exercetur habeant Ordinarij facultatem dictas Ecclesias et personas in ijs dictam curam exercentes, visitandi, corrigendi in ijs dumtaxat quae ad dictam curam et Sacramentorum administrationem pertinent et ab hoc decreto nullus censeatur exemptus

S. D. N. Clemens VIII. mandauit non obstante hoc decreto sol: recor: Pij V. seruari Concilium

Non intelligitur hoc decretum priuilegijs derogare, nisi in ijs tantum quae curam animarum, et actualem Sacramentorum administrationem concernunt

Vicarium faciendo § Nominatio siue electio spectat ad Rectorem, siue Abbatem, approbatio ad Episcopum de cuius consensu vicarius amouibilis est deputandus, ad nutum potest amoueri a Rectoribus siue Abbatibus, non autem ab Epo, nisi ex causa legitima atque approbata propter quam etiamsi perpetui essent, priuari possent

Eandem potestatem habet Episcopus in Parochialibus dependentibus a Regularibus, in quibus non habitant Regulares, neque ipsi inseruiunt, sed soli presbiteri seculares, ut possint ab Ordinarijs uisitari nisi in illis Laicis ipsi Regulares habent utramque Jurisdictionem

Principalem sunt § Sed non habet locum haec dispositio in beneficijs vnitis dictis monasterijs ut in lib. [illegible] fol. 99

Alijs Monasterijs § habet locum hoc decretum etiam in Ecclesijs secularibus illius oppidi seu Loci, in quo Abbates et alij Regularium Superiores eandem Jurisdictionem habent

Tamen in Monachorum Monasterijs, et alijs eorum locis male in

spualibus et temporalibus administratis liceat Episcopo
praeter admonitiones alia etiam remedia adhibere?
Congreg.o Conc: Rndit licere in spualibus tm ex hoc
decreto Conc: Sess: 25 cap. XI de Regul: videre

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Sess: 25. de Regul. cap. 12.

Censure et interdicta § Improbatur uero inio contra bullam in Cena Dni quod non point publicare monitiones sine bullas sine expressa licentia Ordinarij

Mandante Epo § Sub hoc decreto non comprehenduntur qui sunt nullius dioc:

Dies etiam festi § Quos alias Ordinarius legitime decreuit seruandos. Nec per hoc decretum datur facultas Epo nouas instituere, etiam contradicente populo

Ab exemptis omnibus § Etiam in locis inferiorum exemptorum dummodo sint in dioc: Epi

Seruentur § Eorum regularium ritu permanente illis diebus quoad lectiones, Epplas, Euangelia, et similia. In sacris lectionibus et Concionibus uero seruari debent ab ipsis illa Euangelia, et Epple quibus Clerus secularis utitur pro more et instituto illius Ecclesiae

An possit cogi Epus a Metropolitano ut obseruari faciat festiuitates emanatas per Pium V.m § Congregatio Censuit teneri Epum exequi dictae bullae tenorem, quae et extra urbem ad alia loca se extendit et uerbis expressis praecipit obseruari illas etiam festiuitates, quae iuxta locorum consuetudines solemniter celebrari consueuerunt

Sess: 25. de Regul: cap. 13.

Amota omni appellat^ne ∮ Suspensiua dumtaxat, non autem de-volutiua, quia Conc^m dum voluit controuersias de praece-dentia per Epum componi i. breui manu summarie et de plano, sine strepitu et figura Judicij, etiam appellat^ne remota, voluit tn inferre praeiudicium irreparabile, sed prouidere tm scandalis, quae interea exoriri posunt

Componat. ∮ breui manu summarie, et de plano sine stre-pitu et figura Judicij expediat

Exempti omnes ∮ Non comprehendunt^r qui sunt nullius dioc: neq3 laicorum Confraternitates posunt quidem ab Epis inuitari ad processiones non tn compelli ut accedant

Quam regulares ∮ Idem si dta Monria erunt extra Ciuitatem, sed in alijs locis, debent facere cum plebibus processiones

Fuit interpretatum religiosos, societatis Jesu comprehendi, sed S^mus D. N. Gregorius xiij. illos exemit

Vocati ∮ Et tenentur ad omnes et quascumq3 processiones publicas et consuetas, uel indictas pro bono publico uel honore, non tn compellendos ipsos claros exemptos de quibus loquimur accedere ad Eccl^as extra propria Monria pro celebrat^ne orationis 40. horarum, sed Congre-gationi probat^r illos, quando toti populo dicta oratio indicitur in proprijs Ecclesijs hmoi orationi insistere

Item si Monria extra Ciuitatem essent, non tamen ultra medium milliare

Compellantur ∮ Vel per censuras uel per alias poenas sibi bene visas

Sess: 25. de Regul. cap. 14.

Notorie § Secundum Juris dispositionem

Quando extra Claustra Regularis delinquit notorie dubitatio fuit, An detinendus sit in carceribus Epi donec processus in Curia Epali conficiatur eoque compilato, instante Superiore remittendus sit, una cum processu puniendus, vel potius non expectata compilatione processus, statim remittendus sit ad Superiorem una cum ijs probationibus quae habentur, Congreg.o Rndit ita faciendum esse, etiam quod Superior nullam instãtiam faceret

Sess: 25. de Regul: cap. 15.

In quacunque Religione § hoc decretum, et xix: infra Quicunque regulares § non comprehendunt ordines militares regulares, sic etiam decidit Rota Tirasonen pensionis coram D. Seraphino xi Decembris 1570.

An in militibus Hyerosolimis requiratur ut post annum fiat professio ex hoc decreto, non obstantibus constitutionibus ipsorum ex quorum tenore in ipso ingressu, et habitus susceptione emittitur professio, Congregatio rendit hodie requiri tametsi alias aliter sensit, ipsamet Congregatio, cum eorum constitutiones nedum ad dispositionem Tridentini Concilii sint relatae, et a Sede Apostolica confirmatae, animaduertebat n. Congregatio in cap. 22. comprehensas, et a dispositione horum decretorum tantummodo moniales huius ordinis nominatim expressas

Annum expletum § Nec releuat quod moniales uel regulares fuissent decepti circa aetatem admissi ad professionem

Per annum § Continuum in probatione intra claustra non autem interpellatum, nec priuilegium aliquod suffragatur cum censeatur sublatum infra cap. 22:

Et huic anno probationis renunciari non potest, An uero qui uouit ingredi religionem, et in ea perseuerare, si ingressus intra annum probationis recedat et reuertatur ad seculum, sit liber a uoto ex mente huius decreti Concilii: cum non possit renunciari anno probationis, sicut ante de iure communi: Congregatio non declarauit, sed dixit hoc decret: Conc: nihil disposuisse de uoto, Idem si tempore Nouitiatus emisisset tale uotum

Quoscunque effectus § Mulier si 12. annis maior intra duos menses ingrediatur Monasterium habitumque suscipiat, et deinde

expleto XVI. anno, et elapso probationis anno professionem emittat, iuxta hoc decretum, interea vir expectet donec annus probationis labatur, et professio sit emissa

Qui emisit professionem intra annum probationis non est obligatus neque ad religionem in iure, neque in specie, con. c. Nullus, et c. constitutionem de reg. in 6. nec etiam in foro conscientie ulla inducta est obligatio

Professio tacita non excluditur ab hoc decreto seruato tamen tempore hic prefixo, concurrentibus etiam alijs ad tacitam professionem iure requisitis et corrigitur hic c. primum de regul. in 6. ut minori 14. annis detur alius annus cum gestatione habitus indistincti ut tacite sit professus, sed inducitur ea etate, qua potest emitti expresse, Et alias Congregatio censuit tacitam professionem induci per annum, et idem computandum a die post XVI. annum expletum, eius qui Monasterium ingressus est

Tacita professio ab his decretis 15. et 16. non est exclusa seruato tamen tempore hic prefixo, et concurrentibus alijs ad tacitam professionem a iure requisitis

In Religione S.ti Basilij approbata in sui initio fiebat expressa professio trium votorum a tempore de cuius initio non est memoria, clari obseruantia in ea collabente, eius Monasteria Commendata fuerunt, desijtque emitti consueta professio, quia nec erat caput aliquod Religionis,

Dubitatur an illi qui huius Religionis habitum de manibus Commendatarij uel Prioris non expresse professi susceptum per aliquot annos gestarunt, tacite professi intelligantur Regulam S.ti Basilij: Congregatio censuit, Intelligi tacite professos

Item Congregatio tacitam professionem ab his decretis 15. et 16. non esse exclusam seruato tamen tempore ibi prefixo et con

Sess: 25. de Regul cap. 15.

currentibus alijs ad tacitam professionem a iure requisitis

An sit locus tacite professioni inter eosdem milites degentes extra Conuentum Hosp.lis militen? Congreg.o Respondit indist incte esse locum tacite professioni

An rata censeri debeat professio et libere, ne possit ad seculum redire is qui relicta propter adulterium uxore, vitam Eremiticam aliquot annos duxit, in eaq; adulterium commisit, et postmodum ratus id sibi licere ex nonullorum DD. consilio religionem ingressus et professus fuit, ibiq; per quinq; annos perseuerauit? Congre.o Conc: consuit via ordinaria committenda qui Justitiam administret, tametsi sensit ipsa Congre.o si uera sunt que pro certis ponuntur, professionem nullam atq; irritam esse, et licere mulieri virum suum repetere uel certe uouere castitatem, ut ipse ratificare possit professionem, ut dicto inferius in cap. seq:

Sess: 25. de Regul: cap. 16.

Vid. menoch. de arbit. cas 436. (the?) q. foren. lib 2 q. 562

Professus in una Religione et ad aliam translatus etiam laxiorem, auctte tn aplica, non potest renunciare anno probationis ut in hoc decreto, nec illa renunciatio per superiorem admissa ad professionem intra annum recipi, sed debet iterum profiteri iuxta formam hic traditam

Nulla quoque renunciatio ✝ Hoc decretum non habet locum in donationibus et renunciationibus factis ante ingressum, hoc est ante susceptionem habitus, sed si donauerit in ipso ingressu non valet donatio

Aut obligatio ✝ Hoc decretum non habet locum in testamentis aliisque ultimis voluntatibus

Antea facta ✝ Hec verba referuntur dumtaxat ad illa uerba duos menses proximos ante professionem

Cum licentia Epi ✝ Hec licentia omissa et professione secuta nulla est renunciatio

Intra duos menses ✝ Hec uerba verificantur etiam si ultra plures menses ani probationis professio fuerit, id tn habet locum quando tpus probationis fuerit post annum prorogatum

Ac non alias intelligatur ✝ Non requiritur quod renuncians tpre renunciationis compleuerit XVI. annum, et renunciatio est ualida, dummodo sit facta cum licentia Epi seu vicarij iuxta hoc decretum intra duos menses proximos ante professionem

Et nullus effectus ✝ Idem si renuncians esset tacite professus, et renunciasset duobus mensibus ut hic ante professionem expressam

Oblati qui se et bona sua monasterio dederunt, etiamsi perpetuo et plene oblati fuerint non comprehenduntur in cap. 15. et 16. de Regul: hic

Sess: 25 de Regul: cap: 16.

An vs qui ex voto religionem ingreditur possit in ea valide etiam ante 16 annum expletum, vel intra annum probationis professionem emittere, salvo decreto Conc: Trid: Sess: 25 cap. 15 de regul: Congreg.° Conc: rendit non posse

Congreg.° Conc: censuit tempus probationis ultra annum et arbitrarium, ideoque prorogari posse

Ex bonis eiusdem tribuatur ¶ Nec si aliquid tribueretur, non ex puellae proprijs bonis, sed ex illorum bonis, sive sint parentes, sive consanguinei,

Quod si decesserit intra tempus probationis, et dos soluta esset erit restituenda haeredibus una cum fructibus, si quos Monasterium percepisset, deducto tamen victu, et vestitu novitie, etiam cum pacto si illa decesserit antequam habitum in monasterio suscipiat

Et debetur dos promissa monasterio pro moniali defuncta professa non obstantibus alimentis persolutis eidem moniali, dum ipsa viveret, et pacto quod semper erant ei persolvenda dicta alimenta, donec solveretur dos, etiamsi pactum esset iuratum etiamsi esset immemorabilis consuetudo non restituendi

Sub anathematis pena ¶ Non incurritur ipso facto, et absolutio non est reservata Papae

Renunciatio facta cum licentia Episcopi, sive eius vicarij intra duos menses proximos, temporis quo professio emitti legitime potuisset non censetur invalida, ex eo quod ipsa actualis professio per aliquot menses ulterius dilata fuerit, quia tempus emittendi professionem post tempus Novitiatus, potest prorogari ex legitima causa a Superioribus cognita, et id Congreg.° habuit pro comperto

Rendit Congreg.° hoc decretum non prohibuisse quidem depositum illarum pecuniarum, quae dotis, seu elemosinae nomine Monasterio dantur sive deponantur in publico banco, sive penes 3.^m qui eas Monasterio dare debeat post professionem emissam, atque ita

Sess: 25. de Regul: cap. 16.

satis cautum monrio, sed quod pecuniae sic deputatae dentur Monrio ante professionem puellae directe vel indirecte, Improbatur pariter cautio, bancaria in eventum restitutionis ac etiam inventio mutui colorati, cum pariter Novitiarum pecunias in dotem destinatas sub noie mutui Sindico Monrij numeraret oibus istis modis lex Conc: circumvenitur

An si novitius sit sui iuris et non heat parentes, possit in ingressu religionis preter victum, aliquid donare Religioni amore dei? Rndit Congreo non posse, ex verbis expressis huius decreti. 16.

An idem posset in ipsomet ingressu, donare se ipsum, et via bona sua religni ut fiebat olim, itaqz in istis casibus non sit posita pena excois.? Congreo Rndit hmoi donationes, que fiunt ab ijs qui ut Novitij ingrediuntur aio profitendi legitimo fore comprehendi hoc decreto Conc: Sess: 25. cap. 16. de Regul.

Sess: 25 de Regul. cap. 17

Maior 12 annis sit &c. Censuit Congregatio non esse dispensandum ut puellę quę duodecimum annum non compleuerunt possint in monrio habitum suscipere

Quam explorauerit &c. Vtrumqz spectat ad Epum tam ante susceptionem habitus quam postea ante professionis emissionem explorare voluntatem puellę, non obstante quod monrium sit Regularibus subiectum, uel alias exemptum a Jurisdne Epi

Epus &c. eius dioc: cuius est Monrium, Nec obstat quod virgo quę dicanda est, sit alterius dioc: etiamsi monria sint in locis insignium exemptorum, dummodo sint in dioc: Epi, etiam si alioqui subiecta sint Regularibus

Congreo. Conc: censuit quoties Epus ex facultate ei attributa ex hoc decreto, explorare uoluerit voluntatem Monlium antequa professionem emittant, id faciat tn ante Crates, et si aliqua causa iusta uisa extiterit, tunc demum in exteriori Eccea. ipsius Monrij uel alia comodiore, et non alibi

Congreo. Conc: censuit Epum posse per edictum prohibere propositos etiam, quas expedire iudicauerit penis tam conn Prefectum Monrij qz contra Supres. clares ipsarum Monlium ne qua puella professionem emittat, non explorata prius illius uoluntate, ab Ordintio ad prescriptum huius decreti

Conc:

In forma prescripta in Conco. Prouinli po. mediolanen circa examen puellaru religionem ingredientium seruari debat, priuilegijs Regularium non obstantibus: Congreo. censuit seruari dere dummodo examen non differatur absqz legma causa cum Supri Regulari comunicanda

Sess. 25. de Reg. cap. 18.

Constitutiones f. Congreg. Conc. censuit posse huiusmodi mulieres professionem emittere, iuxta dispositionem iuris communis earumque constitutiones

Seruentur f. Sed hodie tenentur ad clausuram formalem et ad emissionem trium uotorum ex decreto Pij V. et Gregorij XIII. Nec in huiusmodi Monasterijs possunt reponi amplius Moniales aliorum Monasteriorum quae sub clausura degunt correctionis causa, nec ista amplius egredi possunt

Milites S.ti Jo.is Hyerosol.ni comprehenduntur hoc decreto
Congre.o censuit posse permitti iis qui in proprio Mon.rio tuto
consistere, vel alia de causa non po.nt, ut etiam in alio
Mon.rio eiusdem tn religionis et de licentia sui Sup.ris
qui egressus est, reassumpto tn habitu audiri posse contra
validitatem professionis iuxta formam huius decreti

Et ordinario § In 2.a vero et 3.a instantia S.mus Sixtus V censuit
de sntia Congre.nis co.mitti dic, et coniunctim Ordinario,
et Sup.ri eiusdem religionis viciniorib.

S. D. N. Gregorius XIII approbauit ultimam sntiam Cong.nis
quod quinquennium incipiat a die professionis, et si intra
illud non reclamassent, eo elapso amplius non esse audi-
endos, etiam quod allegarent uim et metum semper durasse
id melius esse iudicans pro quiete eorum Mon.riorum Eo
nullo prorsus adhibito temperamento, relato hoc dec.o
ad Congre.nem Congre.o dicit sic etiam obseruandum in
posterum, et dicendum iis, qui ipsam interrogant in si-
milibus casibus

S. D. N. Gregorius XIII audita relatione Congre.nis annuit
ut quoties Cong.ni videb.r scribant.r lre ad Ordin.rios, quibus
illis significet.r Congre.nis iam dudum declarasse, et S.tem
suam approbasse, licet Conc.m dicat istos non audiendos
nisi intra quinquennium tm a die professionis, posse tn
etiam eo elapso audiri dummodo intra ipsum quinquenniu
reclamauerint, idq3 legitime probauerint, Congre.o deinde
decreuit scdm ptam formulam scribendas esse lras qui-
bus opus erit

Ad laxiorem religionem § Quod si translatus est ad laxiorem
etiam eiusdem relig.nis det translatus se conformare ete
et modo uiuendi illius Mon.rij ad quod translatus est

Sess: 25. de Regul. cap. 20.

An ubi monasteria Comendata sunt certum numerum professorum et Novitiorum, quibus decedentibus in loca praemorientium ad portiones perpetuas vacantes alij subrogantur, ius admittendi Novitios ad loca praedicta, et ad illas portiones perpetuo instituendi, pertineat ad Priorem et Monachos ex hoc decreto, vel ad Comendatarios, quibus talium Monasteriorum regimen et administratio in spiritualibus et temporalibus plenarie comitti solet: Congregatio Concilii censuit tale ius ita demum pertinere ad Comendatarios si monasteria non existant sub aliqua Congregatione, habentia suos Regulares Superiores, et consuetudo Comendatarios non excludat.

Sess: 25. de Reform: cap. 2.

In Bulla professionis fidei faciendæ ab omnibus Doc-
toribus aliarumq; artium professoribus a Pio 4.° edita
xiij. Nouembris 1564. comprehenduntur etiam docentes
p.a principia Gramaticæ, Aritmeticæ, Musicæ aliarumq;
artium liberalium, licet doceant non in publicis Gym-
nasijs sed in domibus suis expensis
Item de suprascriptis debet fieri sumarius processus
circa religionem, fidemq; Catholicam istorum, quantum
Epo sufficere uidebitur
Item in locis in quibus non sunt Gymnasia publica
videtur dicta Bulla non imposuisse penas Ordinarijs si
patiantur quemq; quoquomodo docere literas, priusq; professio-
nem fidei faciat
Non tn tenentur profiteri anteq; suum officium exerceant
sed docere eos emisisse professionem, quando Doctoratus
Laurea fuerunt insigniti
Regulares assumpti ad eorum Prelaturas, non tenentur
hanc professionem fidei emittere, ex constitne Pij 4.
quia loquitur tm de illis Regularibus qui ad aliquem gra-
dum in facultatibus, et artibus, uel ad Doctoratum,
uel ad Cathedram, et alia supra posita non ad scien-
tias tantum

Sess: 25: de Reform: cap 3m.

An adversus eos qui temporibus ab Ecc.a statutis ad Confessionis et Euchar.a Sacram.ta accedere negligunt, et penas c.. oris utriusqz de penit. contemnunt, liceat Epo etiam ad excomicationem procedere, et pro satisfactione penas pecuniarias pio loco applicandas iniungere, et an expediat talium absolutionem Epum sibi reservare? Quoad pm Congreo Conc: censuit licere, nisi forte de proprij sacerdotis conso, et honorabili causa huiusmodi perceptio ad tpus dilata sit. Ad 2m Rndit posse iniungi Elem.nas pio loco applicandas pro huiusmodi excomicatorum emendatione, Ad 3m non expedire.
An excomicatio lata a Judice Ecc.co anteqz legitime constet de impedimentis vel perturbationibus, quibus prohibetur facere executionem propria auctate realem, vel personalem sit nulla, vel debeat ab eo revocari, An vero sustineatur, vel licite feratur, presertim si ipse conscientie sue Judicio sentiat vere adesse huiusmodi impedimenta perturbationes, vel difficultates? Congreo voluit videri per litteras publicas, sed sensit scdm com.em sntiam, consuperarum sntiam, et excomicationem validam esse, ideo excomicatum absolutione indigere, tn monendum esse eum omni diligentia ut servetur forma tradita in hoc a Conc:
Excomicationes late ab Epo Melite indistincte sunt publicande in Ecclesijs religionis Hierosoly.ne, Excomicationes late a pta religione in Ecc.ijs Epo subiectis sunt publicande mediate Episcopo
Exequutor in partibus deputatus cum potate excoionem nunciandi, postqz sibi constiterit obligatum excomicationis sntiam incurrisse non tenetur servare formam in hoc decto traditam, Nec huiusmodi excom.o intelligitur in subsidium exequutionis realis vel personalis
Supposito quod duo sint insolidum obligati in forma Camere pro eodem debito, et quod contra unum tm possit deveniri ad

exequutionem realem uel personalem, An contra aliquos contra quem non pot fieri exequutio realis uel personalis possint ad instantiam Creditoris in subsidium relaxari censure

Congreo. rendit. Non posse

An si Judex deficientibus ceteris remedijs uelit excomunicare contumaces ex hoc decreto vers: Quod si exequutio necessarium sit ut ex actis constet realem uel personalem exequutionem fieri non posse, An uero sufficiat hoc extra Judicium liquere? Congo. Conc: censuit, Non sufficere, sed necessarium esse ut constet in actis per relationem Nuncij

Ab Epo - Cuius vicarius gnalis non indiget speali mandato Epi, ut possit decernere has excomunicationes, ita tn ut ipsemet vicarius causę cognitionem adhibeat

Sed facta relatione si Jurisdictio illius loci est inferioris non ideo Epus pot cognoscere de causa que in territorio dicti inferioris als cognoscenda esset

Auditores Rotę censuit Congreo. hoc decreto non comprehendi

An eadem potestas competat vicario Capli sede uacante?

Congreo. Conc: censuit competere

Decernantur - Et omnes alij Prelati etiam nullius dioc: Epis inferiores, qui ante Concm hmoi excomunicationes concedebant, uel iure proprio, uel ex priuilio, uel etiam ex immemorabili consuetudine hodie non possunt, nisi tm Epi, Ideo qui sunt nullius dioc: qui alicui Epo non sint subiecti sed immediate sedi Aplicę, ipsam sedem eos pro his excomunicationibus adire oportet

Assignentur - Sed non licere Congreo. censuit, vicario Epalis Curię, ex penis, et mulctis ipsis, aliquam portionem assignare, pro eius mercede, et ut vigilantius ad inquirenda Crimina persistat, iuxta antiquum ritum illius Ecclię

Item Consuit Congreo. licere Epis si ita sibi expedire uidebitur mulctas pecuniarias in Ciuilibus irrogare, sed eas

exactas locis pijs s[ecundu]m esse assignandas
Procedi posse & Censuit Congre[gatio] citationem esse necariam
non autem opus esse alijs monitionibus

Sess: 25. de Reform: cap. 4.

Hoc decretum habet locum etiam in reductione officiorum pro defunctis

Improbatur certa taxa Elemosinarum pro Missis

Hoc decretum locum non habet in obligationibus Missarum quæ impositæ sunt Capellis erectis in titulum, sive ex pª dispositione testatorum sive alia quacunque

Ex hoc decreto non competit Epo facultas diminuendi onus a testatore impositum heredibus, pro certis missis et anniversarijs celebrandis, elemosinisque erogandis pauperibus, propter causas de quibus hic, neque in oneribus similibus, impositis beneficiatis in fundatione beneficiorum, si fructus beneficiorum non sufficiant dictis oneribus supportandis

Nec hic locum censuit Congregatio hoc decretum in reducendis elemosinis, et quatenus facienda esset reductio ab habente potestatem, potius elemosinas reduci debere, quam missas, vel anniversaria, quando a Testatore fuissent relicta, et missæ, et anniversaria, et elemosinæ

Caplis gnalibus § Praeter istos, alij inferiores non comprehenduntur

Semper § Hoc dictio (semper) non refertur neque ad tempus, neque ad diem, sed intelligi debet semper i. in singulis missis, quas iure reductionis celebrari contingit

Defunctorum § Cui satisfit per intentionem applicationis missarum, per preces quæ offeruntur in 2°. memento, et per collectas faciendas in illis missis in quibus collectæ fieri possunt

Sess: 25. de Reform: cap V.

Habens Capellam non tenetur promoveri ad Sacerdotium dummodo in fundat^ne cautum non sit ut Cap^nus per se ipsum missas celebret, sed debet, ut per alium missae in illa celebrentur, curare, nec erit satisfactum oneri si missae in alia Ecc^a. erunt celebratae, nec personalem residentiā requirit, nisi alr in fundatione cautum esset

Derogetur § Nec de consensu pronorum, sed per hoc consit^o sublata facultas hmoi de qua per doctores in c. cum accessissent, de constit: et ibi Abb: nu^o. 5.

Non possit Epus nec de consensu pronorum dispensare cum minore 25. annis ad Capellam simplicem obtinendā ad quam ex fundatione est presentandus Sacerdos, quod si in fundatione cautum est ut Capellanus per se ipsum deseruiat, secus ad denunciationem heredum Epus de alio prouideat, et heredes non denunciant.?

Rndit Congre^o spectare ad officium Epi prouidere, nec isto modo Capellanum posse percipere fructus, si non per se ipsum deseruierit.

Etiam conferri potest simplici Clerico Capella habens onus celebrandi Missam, nisi in fundat^ne sit cautum, ut per se ipsum celebret

Statuit P. hoc decretum non pertinet ad Ecc.am Cathe‑
dralem tanquam Cathedralem, sed ut exemptam, unde
Collegiata quae prius non erat exempta, sed in omnibus Epo
subiecta, erecta in Cathedralem, non comprehenditur
sub hoc decreto, sic etiam in cap. 4. Sess. 6.

Non dicuntur de Caplo ij qui inserviunt Caplo aut
sub Caplo esse dicuntur

Congregatio Conc: declaravit deputatos a Caplo iuxta
decretum Conc: Sess: 25. cap. 6. esse coniudices cum
Epo, et proinde dd. adiunctos in ijs casibus in quibus
Epus tenetur ex Conc. d. cap. 6. horum consilium
et assensum, non posse per se solos aliquid decernere,
aut penas aliquas infligere, vel censuras fulminare,
sicut neque Epus potest sine adiunctis; et ideo alias
Congreg.o rendit ex hoc cap. nullam tribui Jurisd.nem
adiunctis ab Episcopo seiunctis

Decreta, Ordinationes, actusque omnes, et sntias, in ijsdem
casibus d. cap. 6. fieri dre sub noie Epi, et adiuncto‑
rum, videlicet exprimendo Epum ita decrevisse f. de
consilio et assensu N. ddiunctorum

Ea quae sic coi consensu decreta fuerint, coi pariter noie
exequenda sunt, et mandata relaxanda.

In exercenda Jurisdictione iuxta formam huius decreti
Conc: ab Epo contra Ecclesiam Collegiatam exemp‑
tam quae habebat Prepositum suum pro capite, in quo
Jurisd.o plene residerct, tam Civilis quam Criminalis
contra deservientes et beneficiatos illius: Congreg.o censuit
preterito Preposito duos ex Canonicis illius Ecclesiae
esse assumendos, iuxta formam pti decreti Conc: Sess
25. cap. 6.

Epus tenetur iurare Constitutiones Ecc.ae confirmatas

a Sede Aplica, si instituerint Caplares ut iuret

In terminis huius decreti Conc: Sess: 25. cap. 6. non potest Epus absq; adiunctis procedere ad privationem Canonicorum ex eo quod ordines eorum prebendis annexos intra tpus a iure statutum non susceperint, uel quod non resederint; posse tn solum procedere, ad alias penas et multas ob non residentiam, de quibus in cap 12. Sess. 24.

Notarius tenetur ostendere processum adiunctis, qui apud se retinere sine pntia Notarij non possunt.

An ad Epum uel ad alium Superiorem spectet facultas procedendi contra Caplares, quando universum Caplum deliquit, et dato quod ad Epum pertineat an de consilio et de consensu duorum ex Caplo procedere teneatur? Congre.o censuit quoad pm pertinere ad Epum, nisi delictum sit in contemptum, uel aliter contra ipsum Epum, tunc n. facultatem procedendi contra Caplares devolui ad proximum Superiorem Quoad 2m, non teneri

An ex hoc decreto Conc: poss.t solus Epus sine adiunctis Caplaribus ad correctionem, et privationem, Portionariorum procedere etiam eo casu quo Portionarij de consuetudine aut ex privilio aplico, uel Eccle statutis hnt in Caplo uel semper, uel ut plurimu uocem? Congre.o censuit hmoi Portionarios non comprehendi hoc decreto, si solam vocem in Caplo habent

In Caplis que Ordinario subsunt seruandum est Ius coe

Censuit Congre.o de voto Rote hoc decretum Conc: Sess: 25. cap. 6. comprehendere non solum Capla exempta, sed, via alia pretendentia se posse tueri, non modo adversus visitationem ut in cap. 4. Sess: 6. sed etiam adversus ea que hic disponuntur, que agenda sunt extra visitationem sine

Sess: 25. de Reform: cap. 6.

vigore privilegiorum ex fundatione competentium, necnon consuetudinum, etiam immemorabilium, sententiarum, Juramentorum, Concordiarum, quae tm suos obligent authores

Congreg.º censuit, Carceres pro Capitularibus in domo Epali esse debere

In hoc decretum quo conceditur facultas Epis conuocandi Capitulum nisi de re ad suum, uel suorum commodum agatur, sit intelligendum, quando ad se, uel ad suos, res suo priuato nomine pertinet, an uero, etiam si pertineat, ratione dignitatis Epalis

Congreg.º Conc: censuit intelligendum de eo, quod priuatim interest Epi, etiam si id spectaret ad ipsum, tanquam ad Epum secus si de re spectante ad ipsius officium, Jurisdictionem, dignitatem, administrationem, et regimen

Item, Audit Congreg.º pro certo, etiam posito quod Epus maiorem habeat auctem et Jurisdnem quam quae conceditur Epis ex hoc decreto, tn cum illa Conc: ex dispone iuris cois reclamet in hoc casu, quando agendum est in Caplo de huiusmodi re ad Epum, uel ad suos pertinente, debere utique tam Epum, quam eius uicarium a Caplo abstinere

Procedat. § Etiam si ipsum Caplum delinqueret, uel aliquis ex Canonicis de mandato Capli

Etiam si Canonicus extra Ciuitatem delinquat, maxime degens in aliquo loco ut puta sui Benefitij, etiamsi delinqueret intra corpus Eccle, corrigendus est cum adiunctis ab Episcopo

Et Caplum § Portionarij non sunt de Caplo

Cum Notario tn ipsius Epi § Etiam in visitatione quando esset adhibendus Notarius, nec ad electionem Vicarij cum adiunctis, et id seruandum, tam in extraiudicialibus quam iudicialibus correctionibus

Aut consueto ℣. Ad electionem Epi, uel eius vicarij et dumodo non in Eccl'ia

Vicarium Epi dēt conuenire in consueto tribunali, eo casu quo procedit cum adiunctis (quod erat in Ecc.a Salamantin in Claustro) dumodo sit extra corpus Ecc.a - Rendit Congr.o quod decretum fuit editum propter concordiam a sede ap'lica confirmatam, alias procederet supradictum decretum s.d. et claustrum intellexit ee extra corpus Ecc.ae

Tribunali ℣. Epus pōt assumere suum fiscalem, uel alium quem ipse uoluerit deputare

Tertium eligant ℣. Qui similr dēt esse Canonicus, uel in dignitate Ecc.a constitutus, qui tenetr iurare se iustitiam administraturum

Personali detentione ℣. Carceres pro Capláribus delinquentibus in domo Ep'ali esse debent

In oibus aut casibus ℣. Multe que exigunt a Cap'laribus non sunt aliquibus eorum functionibus applicade ueluti processionibus sed pijs locis

Dignitati par est ℣. Congre.o Conc: censuit Canonicos accedere oportere ad Cubiculum Archiepi Burgen quoties ipse non priuatim, sed Pontificalr cum Cappa in diebus festiuis et solemnibus uoluerit descendere, ut assistat uel horis Canonicis, uel sacrosancto Misse sacrificio multoqz id magis si ipsemet sit celebraturus, in reditu uero usqz ad ostium domus Archiepi; Archiepo preeunte, ipsisqz sequentibus comitare dēe; In diebus aut feriatis qn̄do priuatim uenit in Ecc'liam celebraturus uel quidpiam aliquid acturus, aut auditurus dēe nonnullos ex Can.cis accedere ad Ostium Ecc.ae et deinde Epum comitari, idipm in reditu obseruantes

Sess. 25. de Reform: cap. 6.

Rerumq; agendarum auctas § Ad Epum pertinet cum consilio Capli determinare, quo, et qua dirigendae deducendaeq; sint processiones, non obstante etiam immemorabili consuetudine, prout in decreto Conc:

Hoc decretum Congreg.º declarauit intelligi oportere in processionibus dumtaxat publicis non autem in priuatis

Priuatas autem processiones eas intelligit in quibus alieni Clerici non euocantur, sed a Capitularibus, et Clericis Cathedralis Eccl.ae tm fiunt ob aliquas priuatas causas

Porro in publicis processionibus absente Epo, eandem facultatem habere Vicarium generalem in processionibus determinandis, et dirigendis, quam habet Epus rndit Congreg.º

Qui si aliquid Canctis § Hunc tm casum Conc: declarauit, quo Caplum non potest congregari, sine consensu et praesentia Epi, reliquos autem casus reliquit in terminis iuris ueteris

In Caplis uero exemptis quae Ordin.º subsunt, seruandu ius comune

Vota exquirant § Sed Epus non habet votum

Concordijs § Congreg.º Conc: censuit, Concordiae confirmatae a Papa in forma com., cum qua concurrat consuetudo immemorabilis fuisse etiam per Conc.m derogatum

Sess. 25. de Reform: cap. 7.

Quod regressus ante Conc. obtentus, si ei post Conc. sit locus, non dicit^r acquisitio noua

Qui ex accessu nihil non dicatur de nouo acquirere

Qui Parochiam obtinuit post Conc. ex regressu, uero ante Conc. acquisito non est examinandus

An h̄ns actu unam Cathedralem, et regressum seu accessum ad aliam cum dispensat^ne quod possit adueniente uacatione utramq; per sex menses retinere, et interim quam maluerit dimittere, hodie pōt uti eadem facultate, cum nullum decretum Conc. obstet.: Congre^o. r̄ndit posse

Cardinali Farnesio reseruatus fuit a Paulo 3.º regressum per obitum super Scholastria Eccl^e Elboreñ, queritur an per Conc. sit reseruatus regressus, Congre^o. censuit Regressus concessos ante Conc.^m non esse a Conc.^o reuocatos

H̄ns Regressum ad Parochiam ante Conc.^m qui erat miles Hyerosol.^ns et sic incapax, sed alias legitime dispensatus ut illam in Comendam retineret, non pōt molestari, q̄ regressus erit sublatus, quia hic agit^r de iure quesito ante Conc. et sic non censetur sublatus, sed potest cogi ad residentiam ex cap. 2. Sess. 6, et dandus illi Coadiutor, quia inutilis residentia, quia non pōt cogi ad ordines suscipiendos, quia Comenda perpetua.

Sess 25. de Reform: cap 8.

Administratorem hospitalis Militum non potest ab Ordinario moveri ex hoc cap. 8. Sess: 25. vers. Itaq; quia est subiectu regularibus, nempe hospitalis Sti. Spus. Urbis, in quo viget regularis observantia

An Concm. in hoc cap. qua parte prohibet administrationem hospitalium comitti uni, et eidem personae ultra triennium comprehendat hospitale cuius a 300. annis et citra collatio et institutio in perpetuum titulum administrationis fieri con= suevit alicui nominato a compatronis: Congo. Conc: censuit comprehendere

Decinceps cavetur quod hoc decretum non loquitur nisi in administratoribus hospitalium, non autem aliorum piorum locorum

Ostendatur § Ad probationem tituli Juris patronatus sufficit instrum. solam fundationis uel dotationis, etiam sine aliqua presentatione nisi tn̄ ipsius aliquis presentationibus processisset, quatenus iure requiritur ad prescribendam libertatem Eccl. contra patronum, et in quo Instro ad literam legatur quod Titius fundauit, dotauit, tunc quod sit instrum proprium fundationis uel dotationis, et alia Juris requisita concurrant

Memoriam excedat § Requirit ergo tempus immemorabile quod si probandum est per testes, sufficere 60 annos, si per scripturas, centum Rota tenet.

Auctenticis scripturis probetur § Nec posse repelli probationes oblatas a patronis, ut eorum patroni declarentur ex Conc: saluis tn̄ exceptionibus, tam huius decreti Conc: quam iuris cōis

Pertinet § Patronus qui fuerunt concessi ut sunt eiusdem prorsus naturæ roboris § Cuius Jus patronatus Laicorum et nobilium Regum, ac si ex fundatione et dotatione foret, Congreg. censuit censeri sublatos quia cum sint ad instar, et sic non proprium Regum, neque ex fundatione, et ideo non comprehendi sub exceptuatis

Et inanis § Nec sufficit quod presentatus fuerit alias examinatus et approbatus ab alio Ordino ad benefm Curatum

Hoc decretum non modo locum habet in beneficijs simplicibus sed in Cantibus, et in quibuscumque alijs, preterquam in Curatis de quibus supra Sess: 24 cap. 18;

Et comprehendunt Abbates Comendatarij, et quicumque inferiores qualt exemptione muniti, etiamsi ordinariam Jurisdictionem habent in locis beneficiorum

Cong. Conc: censuit presentationem Epo faciendam esse quoad effm examinis dumtaxat, Nec opus esse ut edicta

[illegible] ab Epo de Juribus Juris patronatus, et deinde si controversia fuerit circa illud dilucidato et probato iure patronatus Epus debet remittere ad inferiorem pro institutione, sed si patronatus fuerit illegitimus, inferior cognoscet et de validitate, et de invaliditate dispensationis, etiamsi est patronatus ad beneficium curatum, cum cap. 18 Sess. 24. Epus cum examinatoribus non aget, nisi de vita, moribus et doctrina

Congregatio censuit Parochiam liberam non posse uniri Parochiae Juris patronatus, etiam cum consensu Patroni, nisi patronus renunciet Juri patronatus, propter hoc decretum, quod non vult uniri liberam Eccl[esi]ae, salvo Jure patronatus, vel nisi attenteter remedium alternativae, ut una vice Eccl[esi]a conferatur ad praesentationem patroni, et altera libere, praesupposito tamen, ut vel ex decreto Conc. vel ex iure veteri huiusmodi unio possit fieri.

Distribuendos dimittant. Totum hoc quod dicitur hic intelligitur de dolosa occupatione, nam ubi non est delictum, ibi poena non intelligitur. Rota coram D. Seraphino Romana

Uniones factae ultra 40 annos de beneficiis liberis ad Eccl[esi]as Juris patronatus laicorum, possunt revideri ab Ordinarijs.

Congreg[ati]o censuit dictum Epum admittere examen eius qui est praesentatus a patrono, de cuius patronatus validitate in petitorio controvertitur coram eodem Epo; facta tamen per Epum protestatione de Juribus suis, et sine eorum praeiudicio, vel committere alteri Epo viciniori

Item Congregatio censuit ius patronatus ex fundatione vel dotatione probari, etiam multiplicatis praesentationibus, per tempus supra hominum memoriam, tametsi nullum instrumentum fundationis, vel dotationis ostendatur, et quamquam etiam in dictis praesentationibus nulla appareret mentio facta fundationis vel dotationis

Jus praesentandi verbi gratia ad Mansionarias datum Capitulo censen,

dum est esse ex privilegio, quod Capitulum quando fundavit non dotavit, nec habet immemorabilem, Ideo sublatum ab hoc decreto

Qui dicitur habere Ius patronatus ex privilegio, admittendus tamen est ad probandum immemorabilem

Ius patronatus ex privilegio, Capitulo concessum in cuius pacifica possessione extitere patroni per 140 annos, cum tamen constet de titulo et privilegio invalido, centenaria possessio prodesse non potest ob malam fidem, ideo per hoc decretum sublatum.

Remanet dubium an immemorabilis prosit propter clausulam derogatoriam in fine Capituli, quasi referenda sit etiam ad ius patronatus ex privilegio, sed in hoc subsistit Congregatio.

Congregatio censuit cognitionem validitatis et invaliditatis Iuris patronatus controversi ad Episcopum duntaxat, non ad inferiores qui Ius habent instituendi pertinere, secus vero si huiusmodi inferiores qui ordinariam eo in loco habuerint Iurisdictionem et ad ipsum inferiorem ad quem spectat institutio. Congregatio censuit pertinere edictorum, sive citationum ad vocandos oppositores, relaxationemque fieri debet in presentationibus patronorum, Edicta ponere ante institutionem iuris patronatus ad eos spectare ad quos ante Concilium spectabat, cum de his dixit Congregatio, nihil per Concilium fuisse dispositum. Et hoc decretum videtur moderari, sicut precedens, de quibus in scripturis Sess. 14. cap. 13.

Congregatio censuit ut ad conficiendam immemorabilem concurrant anni elapsi, usque ad terminum controversiae motae et non tempus decursum usque ad publicationem Concilii. tamen attendendum est

Hoc decretum Concilii habet locum et in petitorio et in possessorio unde admittenda non est presentatio aut presentati institutio facienda non est nisi nisi verificato prius iure patronatus ex decreto Concilii.

Si Ordinarius post Conc: cognouit de iure pronatus, et admisit post Conc. non potest patronus repelli in sua quasi possone ptandi, si Ordinarius voluerit cognoscere post obitum illius ptati, secus autem si simpliciter eius ptatio fuisset admissa absqz causę cognitione; causę cognitionem seruandam intellexit Congtio iuxta formam decreti Conc:

In permutatione benef. Iuris pronatus non requiritur consensus pron. sed satis est eum illum requirere, Rebuff. de permut 404 n° 21

Fe: re: Julius Papa 3 ad supplicationem bo: me: Mar. Carlis della Cueua, et etiam bo: me: Jois Toleti, Giron, Comitis de Vreña, et Dni in tporalibus Oppidi de Moron, concessit Jus pronatus d. Comiti ad sex benefa simplicia consistentia in Eccia d. Oppidi de Moron, ad ipsius Comitis vitam, quod Jus pronatus defuncto d. Comite Pius Papa 4. ad supplicationem pti Cardlis et Illmi Dni Petri ducis de Vreña, et filij et successoris d. Dni Jois Comitis concessit et d. Dno Petro Duci, pro se et eius filio primogenito, modo dubitatur an Jus pronatus fuerit renouatum per Concm Trid: Sess 25. cap. 9. vbi sta Synodus decreuit ut titulus Juris pronatus sit ex fundatne uel dotatione, seu ex multiplicatis ptationibus, per antiquissimum tpis cursum. Congregatio decreuit Jus hoc pronatus censeri ex priuilegio, et ideo a Conc° sublatum esse

Item an si quis probauerit se per 40 annos ptasse et in possone uel quasi possessione se fuisse, ad ptandum admitti debeat, non obnte decreto Conc: Trid: cap. 9. Sess: 25: cum alias titulus ptationis 40 annorum legimus esse videatur, et pto decreto conformis, ibi (aliasue sm iuris disponem) Conclusum est respondendum, Congrenem censuisse non dre admitti, Necobstant illa verba, aliasue sm iuris disponem quia Congre intelligit ut non respiciant tpus, de quo iam expressissime supra disposuit

et noluit esse immemorabili, sed respiciant alias causas et alios modos quibus sedm iura uetus probari poterat ius pronatus sed quod ad tempus attinet illud precise et semper debet esse immemorabile, nec sufficiant 40 anni, etiam si alias iure ueteri sufficerent, ut in penna Ecclesiae sedm Lambert. d. nº 42 et 47.

Congreº censuit nemini licere, nec Civitati, nec alijs personis Laicis possidere Ecclesias cum earum bonis absque consensu sedis aplicae, seu Ordinarij sub pretextu quod sint Oratoria, seu Eremitoria ab ipsis constructa et dotata, licet de hoc nihil ostendat, nisi antiquam possessionem, et hoc etiam non obstante quod ibi adsint sepulturae, uel campane supra tectum, uel quod ibi habitauerint clares personae a quibus postea fuerint destitutae, sed Ius pronatus acquiri ex constitutione et dotatione, secus incidere non modo in penas huius decreti, sed etiam cap. XI. Sess. 22.

An per Confessionem supplicantis et narratiuam quod beneum est Iuris pronatus alicuius ex fundatione, uel fundatione probetur titulus iuris pronatus, ad formam huius cap. Conc. in principio, ita ut non sit necesse eundem titulum ostendere, etiam ex auct. entico documento siue ex multiplicatis presentationibus per tempus, quod hominum memoriam excedat, Congreº credit non sufficienter probari per solam confessionem.

An pronatus in Conuentuali Ecclesia censeri debeant sublati a Concº. Trid. Sess. 25. cap. 9. vers. Reliqui pronatus &

An ad probandum priuilegium pronatus in Conuentuali Ecclesia ex causa fundationis et dotationis, et quidem in eius limine concessum fuisse, sufficiat immemorabilis, iunctis multiplicatis presentationibus, que sedm formam Conc. eod. cap. 9. in pº effectum sortite fuerunt, stante declaratione que habetur in calce eiusdem cap. 9.

Congreº censuit in vers. Reliqui, non sustulisse Ius pronatus

in Conventualibus Eccl.s, ex causa fundationis vel dotat.nis in ipso limine fundationis, seu dotationis ap.lico privilegio concessa, sed manere salvum iuxta decretum eiusdem Conc: cap. 9. in p.o, Reliquos vero pronatus post fundationem et dotationem, quocumque privilegio concessos censiti abrogatos in d. vers. Reliqui

Ad 2.m Audit Congre.o non sufficere, nisi probata fama talis privilegij, alijsve concurrentibus requisitis secundum Juris dispositionem, nec obstare derogationem, quae habet.r in fine cap. cum non referat.r ad disposita in p.a parte.

An patronus beneficij in eius fructibus se ingerens, incidat in poenam excoicat.nis et privationis, positam in hoc decreto vers. Si secus fecerint excoicationem &c. adeo ut ille vers. non dum ad clam immediate praecedentem, sed etiam ad superiorem referatur. Congre.o Conc: censuit incidere quoniam quidem vers. ille si secus &c. ad utramque clam est referendus.

Quae vero a 40. annos citra facta &c. Intelligitur de tempore quo fuit confirmatum Conc. quod fuit anno 1564.

Congre.o Conc: censuit, Si Jus pronatus ex augmento dotis concessum est sup.a 40. annos ante diem Calen. May 1564. illud non fuisse abrogatum aut irritum factum ab hoc decreto Conc: Si vero concessum est a 40. annis citra, ab Ordin.o uti delegato Sed. ap.cae diligenter esse cognoscendum, et quae non reperierit ob maxime evidentem Eccl.ae necessitatem legitime esse constituta, revocanda, reddito tn pronis, eo quod ab illis idcirco datum est, et prout in hoc decreto in fine est definitum

Authenticis scrip.tis probent.r &c. Congre.o Conc. vium consensu censuit requiri pro forma ut probatio fiat per authenticas scrip.ras, et constituendam esse regulam, quod probatio per testes non sufficiat

Sess: 25. de Reform: cap. 9

Congregatio Concilij Censuit ad probandum Ius patronatus quod a Parochianis pretenditur, requiri illam pleniorem et exactiorem probationem quam Concilium Trid. Sess. 25. de reform. cap. 9. requirit in ijs personis, Communitatibus et Universitatibus in quibus Ius plerumque ex usurpatione quesitum presumi solet

Designari ∫ Quorum mentionem ad Epum quidem pertinere, non tn̄ priuatiue, quoad alios spectare, Congreg.ⁿ Respondit

Mori contigerit ∫ Habet etiam locum in diuturna absentia que equiparatur morti

Cum consilio Capli ∫ Quod consilium Ordinarius non poterit preterire, sed non tenetur illud exequi

An is qui tp̄e Commissionis reperiebatur constitutus in dignitate, et designatus inter Judices Synodales si eam resignauerit, posit de eadem causa cognoscere, uel potius is, qui eam dignitatem postea obtinuit, uel neuter.

Congreg.ⁿ censuit, resignantem posse cognoscere, non aūt resignatarium

Sess: 25. de Reform: cap. XI.

Magnam Ecc^ys § Comprehenduntur etiam alienationes sine locationes perpetue

Hoc decreto non comprehendit^r Ordin^s, quo minus poit reuidere in casibus in quibus licet de iure com, et ultra 40. annos

Congreg^o censuit comprehendi etiam emphiteusim perpetuam

Subreptitie censeantur § Nec vicarijs pro damnis bonis Ecc.^arum illatis, ut officialis huiusmodi sedulo ad emendationem damnorum, et penarum exequutionem procedat, sub certa annua responsione, que Jurisdictio conduci solet

Locationes ad vitam fructuum a Cong^ne fuerunt iudicate perpetue, et ideo inualide

Quas a 30 annis § Intelligendum de 30. annis citra usque ad Confirmationem Conc:

Tenant factas § Dns proprietatis, si tpus prefixum eet finitum ita ut dne confirmare emphiteusim, debet permitti mittere ut emphiteusis continuetur, si non sunt electi deputi a Synodo, donec Synodus Prouin.^lis uel deputati ab ea iudicauerint factam in damnum Monrij, ipse autem Dns curare debet, ut quamprimu fiat hoc iudicium

Conc.^m non derogauit facultati concesse Epis per c. terrulas xij q. 2.

Sess: 25. de Reform. cap: xij

In posterum Cathedralis Sed decimas preteritas
viderit Judex competens

Sess: 25. de Reform: cap. 13.

Non comprehenduntur Monria edificata a 40. annis citra aut que in dies edificantur, uel in futurum edificabuntur presupposito quod hmoi Monria sint eius Religionis cui a sede aplica indultum sit ut 4° funeralis non teneat° soluere Episcopo

Legata hic non comprehenduntur

Eccl(es)ia non est polluta ob illationem cadaueris illius qui excoicatus erat in Cemiterio

Scismaticus non debet sepeliri in Cemiterio

Sess: 25. de Reform: cap. 14.

Quam turpe § Hoc decretum de Concubinatu et alijs impudicitiae sordibus clericorum, non procedit in simplici incontinentia, absque qualitate concubinatus

Habet locum etiam si quis Clericus modo cum una, modo cum alia comprehendatur

Et penae non transeunt in successores beneficiorum

Monitiones ex eodem decreto faciendae non tantum in visitatione sed alijs quoque temporibus fieri possunt

Tempus quod inter unam et aliam monitionem intercedere debet, arbitrio Episcopi relinquitur

Poena de qua in vers: Quod si a superioribus moniti § non habet locum si clericus primo deliquerit, etiamsi edicta generalia ordinaria praecessissent, sed incurritur ubi Clericus 2° deliquit, primo n. puniri debet alijs poenis a sacris Canonibus vel statutis Ecclesiarum impositis, et demum si monitus fuerit, et quidem speciali monitione, 2°. delinquat privatus est certa parte fructuum, non tamen distributionibus quotidianis quas ratione Cantus vel dignitatis, divinis interessendo percipit, praeter fructus praebendae distinctae

Eadem poena censetur repetita in vers., Si vero in dicto eodem, sin autem 2ae monitioni non paruerit, quia suspendendus est ab administratione beneficiorum, cum non possit interesse choro, amittit etiam distributiones quotidianas

Praedictam exequutionem exemptio aut appellatio, ante vel post diffinitivam sententiam suspendere non potest

Clerici vero § Sed Clerici concubinarij notorij, sunt etiam ipso iure a divinis suspensi, prout iure veteri sunt,

Filiis Clerici ex hoc decreto non prohibetur quo minus tanquam Capellanias amovibiles deservire possit, atque obtinere beneficium in Ecclesia in qua eius pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, licet pro Capellano amovibili in eadem Ecclesia inservierit.

Aut habuerunt § Haec verba intelliguntur de futuro s. post publicationem Conc: non autem ante Concilium, sic etiam intelligendum est in pensionibus, neque mediate.

Comprehenditur etiam is qui per procuratorem possessionem apprehendit, licet nunquam in dicta Ecclesia ministraverit, vel visus fuerit, nec aliquid ex fructibus illius perceperit, sed non is, qui nec literas apostolicas expediuit, nec unquam habuit possessionem.

Habet locum etiam in filijs naturalibus procreatis tempore quo parentes illorum nondum erant effecti Clerici.

Congregatio in una Leodien. censuit illegitimum non posse obtinere Decanatum in Collegiata, quae certis solemnibus diebus ex consuetudine tenebatur Decanus intimare versiculos et collectas canere in Cathedrali in qua eius pater fuerat decanus, sibi licet etiam in ea quoquo ministrare.

Obtinere reperiantur § Dicitur etiam obtinere resignatarius cum reservatione tituli et conditionis nec non fructuum pro resignante, perinde ac si non resignasset, unde resignatarius censet privatus titulo, si post publicationem Conc: intra tempus hic praescriptum non resignavit, si tamen eius pater viveret beneficiatus in eadem Ecclesia, ubi beneficiatus est, et reservatis fructibus ut supra. Secus vero si eius pater in eadem Ecclesia beneficiatus, ante praefatam publicationem fuisset mortuus, tunc n. superveniente morte resignantis, illud beneficium plene possidere potest, fructusque inde percipere pleno iure et tuta conscientia tanquam ante Concilium acquisitum

Illegitimus beneficiatus in eadem Ecc.a in qua pr similis vel dissimilis beneficij rector(?) pr ante Conc. publicationem, non pot ex vigore quacunque etiam dispensationis ante Conc. publicationem obtenta, obtinere aliud beneficium dimisso eo quod obtinebat in eadem Ecc.a in qua praeceptitur beneficiatus, nec optare ex vi statuti illius Ecc.ae aliud beneficium, quod sibi competeret, veluti antiquiori, vel ex alia ca; acquirit enim de novo et dispensationibus per Conc.m sublatis remanet indispensatus,

Aliquando Cong.o Conc. in casu quo filius datus fuerat ante Conc. Coadiutor pri cum futura successione, censuerat post mortem pris dandum esse terminum filio sex mensium ad dimittendum, etiam quod Epus et Caplum supplicassent pro filio, sed postea 12 Martij 1568 eadem Cong.o censuit non concedendum ut filius possit retinere Cantum(?), quia agitur de succedendo de novo et sic de acquirendo beneficium in qua pr contra expressum decretum Conc. cap. 15 Sess. 25.

Item in casu quo pr et filius in eadem Ecc.a erant beneficiati, Censuit cogendum esse filium ad resignandum suum beneficium, et de Ecc.a paterna recedendum, quamvis ex ipse paratus esset suum resignare, tum qd Conc. praecise disponit de filio tum quia per personam filij, magis repraesentatur incontinentia paterna, quam per [illegible] pris, fuit tn quandoque adhibitum temperamentum, ut concederetur filio facultas transeundi ad aliam Ecclesiam, quae iuxta consuetudinem Hispaniarum diceretur soror(?), in qua si quis resideat habeatur pro residente in altera Ecc.a, et perinde fructus et distributiones percipieret ac si in illa staret cum decreto, quod filius amplius reverti non posset ad Ecc.am paternam, et mortuo pre et concurrentibus supplicatione Epi et Capli, nec non iusta causa

Item fuit quaesitum, An filius illegitimus per Conc. Sess.

25. cap. 15. excludatur ne possit obtinere beneficium in Eccl.a in qua eius pater habuit solam sedem in Choro ratione Abbatiae quam in alia Collegiata obtinebat. Congreg.o censuit excludi

An ex hoc decreto filius illegitimus prohibeatur obtinere beneficium quod olim eius pater absque legitimo titulo, et minus pacifice aliquandiu possedit, Congreg.o Conc: censuit prohiberi

In hoc cap: qui sunt subcollectores uel Comissarij spoliorum non comprehenduntur sub dispositione Ordinariorum, sed Nuncij Apostolici iuxta eorum privilegia, quemadmodum S. D. N. Greg. XIIJ censuit.

An illegitimus cuius pater fuit Rector Eccl.ae matricis possit obtinere Ecclesiam filialem dependentem seu aliter illi unitam, in qua eadem matrix habeat etiam quaedam Jura Parochialia salvo hoc decreto, Congreg.o censuit illegitimum posse obtinere Eccl.am filialem dependentem seu alias unitam accessorie et per viam subiectionis matrici, dummodo pater in ea non ministraverit, unitam vero aeque principaliter, ita ut intitulatus in una censeatur in utraque intitulatus, aut si in utraque pater ministraverit non posse

An dictum Conc: decretum impediat etiam, quia pater et filius possint simul processionaliter incedere, unus tanquam beneficiatus, alter tanquam Capellanus diversarum Ecclesiarum Congreg.o Conc: censuit minime impedire, verum si processionaliter accederetur ad Ecclesiam in qua pater obtinet beneficium filius non poterit aliquo modo ministrare.

Sess: 25. de Reform: cap. 16.

Congreg.° Conc: censuit Sess: 25. cap. 16. non prohibere benefum regulare Curatum conuerti in simplex, constituto vicario perpetuo

Nec poterit Epus per decessum Rectoris Parochem conferre vicario, sed iuxta formam cap. 18. Sess: 24.

Si vnio, siue translatio Curę sit sortita effectum ante publicationem Conc: hoc decretum non habet locum

Sess: 25. de Reform: cap. 19.

S. D. N. Gregorius XIII. audita relatione Congregationis Conc: censuit hoc decretum in duellis solemnibus et publicis, non autem in privatis habere locum

In decretum de delectu ciborum, ieiunijs: et diebus festis. Sess: 25.

Religiosa celebratio — Nihil innouandum in consuetudine hucusque tolerata in Nundinis, quae non sunt solemnes sed fiunt peractis sacris, in festo alicuius sancti ante eius ecclesiam extra tamen atrium

Praesupposita antiquissima consuetudine in Ciuitate Perusiae ut in diebus festis vnus ex macellarijs, vnus ex pullarijs, et vnus ex Aromatarijs possit res suas venales expositas habere et vendere, an citra peccatum tolerari possit; Congregatio respondit posse tolerari

Et an talis facultas vendendi diebus festis, licite a Collegijs laicorum plus offerenti concedi possit, praesupposito quod ita se habeat consuetudo antiqua, Congregatio respondit licite concedi posse

Et an pretium huiusmodi concessionis licite conuertatur in Symbola seu ientacula, solita fieri inter collegas conuenientes ut simul generales processiones cum luminaribus comitentur? Congregatio Concilii respondit consultius, iustiusque conuerteretur in vsus pios, tametsi nihil prohibet quominus in istiusmodi simbola, et ientacula conuerti possit, dum tamen id cum modestia, et non in diebus Ieiuniorum fiat

In decretum de Indice Librorum

Sess: 25.

Pius V. in Bulla posita in Missali Romano ex decreto S. Conc: restituto sustulit omnes alias Ceremonias, preces, et ritus, ex alijs missalibus quantumvis vetustis, hactenus observari consuetas, derogans consuetudini immemorabili Celebrantes alio missali, non hoc reformato, qui alias ex d. Bulla tenentur, incurrunt in peccatum mortale si scienter et absque iusta causa id fecerint

Sess: 25.

In decretum de recipien et obseruan dec.ta Conc.

Difficultas oriatur in Causis grauioribus quae committuntur in Rota, apponit.r haec clausula, quae sae. Salam.ae prius fuit apposita, vlz. Committatur in Rota cum facultate inhibendi, praeuia tn. matura sae cognit.ne, et decretis Conc: in hac parte editis diligenter prius consideratis et discussis in Rota

Decreta et lrae Congre.nis Conc. semotis litibus sunt exeq.ni demandandae, nec super his sntia uel decretum aliquod est ferendum

S. D. N. Gregorius xiij eas tm materias dequibus Conc.m disposuit, reduxit ad terminos decretorum ipsius Conc. eas autem de quibus Conc: nihil decreuit, reliquit in illis terminis qui erant ante Conc.m et ideo si quae ipsis Regularibus priuilegia eo tpe indulta fuerant, quae decretis Conc: non aduersantur, s.tas sua non sustulit.

In vna Uiscien Rota auocauit ad se quasi possessionem, Opposuit Praepositus qui cum Abbate de Florentia litigabat, super iure visitat.nis, de decreto Conc: cap 8. Congre.o consulta Rndit licuisse Rotae auocare sibi quasi possessionem, et posse procedere in causa ad vlteriora, cum uero agetur de interpretandis Conc. decretis, tum demum Cong.o consulta Rndit

Ante publicationem Conc., non intelligit.r ante publicationem in aliqua particulari dioc: sed ante Calen. Maij 1564 secundum declarationem Vij .4.

Epo Leodien qui quaesiuit, an publicatio Conc: Trid. facta in Vrbe, liget Leodienses, ubi nec hodie per Epum publicatu fuit; Rndit Congreg.o ligare

Decisiones Rotalis facta super materijs Concilij Tridentini cum suis Summarijs, et Indice.

Verba Concilij Tridentini cap. 21. sess. 25. et dicto cum final. eiusdem sess. incipit, Illustrissimi dñi censetur derogata per Clausulam, Non obstan. iunctis Clausulis, Motu proprio ex certa scientia, et de plenitudine potestatis.

Commenda. Cura animarum. Clausula, Non obstan. et Motu proprio.

Tullen. Matrimonij. 6. Junij. 1571. Coram domino Pinarino

Dubitatum, an Commenda Desiderij Motu proprio, et ex certa scientia, et de ple Apostolicæ potestatis plenitudine facta corruat, non obstante decreto Concilij Tridentini. cap. 21.

sess. 25. et decreto finali eiusdem sess. incip. Illustrissimi Domini, quia in ea non fuit derogatum Concilio Tridentino in specie, praesupposito, quod Monasterium sit Curatum, et Conventuale. Fuit tentum fuisse derogatum huiusmodi decreto Concilij per Clausulam, Non obstan. irritantibus Clausulis, Motu proprio ex certa scientia, et de plenitudine potestatis. Nec obstat. quod hoc non procedat, quando adest Decretum irritans, quia fuit responsum, quod in decreto aliquo si inest Decretum irritans, refertur ad solam praecedentem proximam particulam de expressione qualitatis, non autem ad alia propter contextum verborum,

Concilium Tridentinum loquens in electione facienda ab Examinatoribus non potest suspendi per appellationem quominus fiat Institutio. Secus si agatur de Iure patronatus, et Institutione vigore illius facienda et non electionis.

Examen

Attentata ad beneficia, Appellatio, Restitutio. Iuspatronatus. Attentata.

In causa Sutrina Plebis de Caparola. 8. Iunij. 1571. Coram Domino Lancilotto, Domini dixerunt possessionem esse attentatam quia captam appellatione pendente. Non obstat, quod ordinarius processerit tanquam executor deputatus in confirmatione donationis. Quia hoc non procedit, quando assumit partes Iudicis. Felin. c. fin. de praesumptione. c. Pastoralis, et pronunciauit parte citata Institutionem faciendam. Nec obstat, quod Attentata deserta appellatione non sint reuocanda, quia hoc colligitur ex facto; cum appellatio non sit deserta, et in Appellatione Apostoli sint dati, et terminus prosecutionis non sit elapsus, et etiam per Papam propagatus. Minus facit quod pastus fuerit procedi in negocio principali, quia cum non constet, quod sciuerit possessionem captam, non potest induci aliqua renunciatio Attentatorum. Minus facit allegatum cap. Concilij Tridentini, quia loquitur in relatione sui.

enda ab Examinatoribus, quae non potest suspendi per ap
pellationem, quominus fiat institutio. Secus in casu nostro, in quo
agitur de Iurepatronatus, atq. institutione facienda vigore illius,
et non relationis. Non obstat nova provisio, quia ultra hoc ap
pellans habet anteriorem novam provisionem. Sed quicquid sit,
non potuit vigore novae provisionis capere possessionem, Alias
incidit in penas Extravagantis Iulij tertij contra capientes
possessionem literis non expeditis.

Clementina. De filijs presbyterorum ad beneficia pater
na, et Concilium Tridentinum cap. 15. sess. 25.
interpretantur, ut non excludant ab huiusmodi be
neficio nepotem legitimum natum ex filio illegitimo,
quia non est par ratio in uno, quae in alio

Filij Presbyterorum, Nepos

3. Die. 12. Februar. 1574. Coram Dominis de Rota, In una causa Il

legit

legitimitatis decisa in Congregatione sacri Concilij Tridentini; An Clementina facta à Clemente VI. ne filij illegitimi pos sint obtinere beneficium paternum, eam recipiat interpreta tionem, ut etiam comprehenderet nepotem legitimum ex filio ille gitimo respectu beneficij Avi; capta à Rota resolutione, attento decreto eiusdem sacri Concilij, de quo in cap. 15. sess. 25. de ref. conclusum non comprehendi nepotem legitimum natum ex filio illegitimo neq; sub Clementina, neq; sub Concilio, tum inspectis verbis, tum etiam inspecta mente, seu ratione tam Clementinae, q. Canonis praedictorum. Nam verba Cle mentinae dicunt In ipsorum resignantium filios ex fornica tione genitos. Et ibi super defectu natalium, quem ex dictis sacerdotibus resignantibus geniti patiebantur. Et ibi. ob inor dinatum filiorum spuriorum amorem. et ibi. Quod de caetero filij presbyterorum ex fornicatione nati. &c. Neq; enim verba Concilij hic comprehendunt, quae dicunt. Qui non ex legitimo nati sunt matrimonio. Unde subintrat vulgaris regula, quod ubi verba

dispositionis non conveniunt, dispositio etiam non convenit. Bart. in l. 4. §. Ductor est, in fin. ff. de damn. infect. et ibi per Alex. Dec. consil. 22. ff. de elect. et in proposito nostro Bart. in l. liberorum. no. 6. de verb. signific. et ibi Alciat. in casu, tertius casus est. Alex. cons. 4. col. 2. no. 7. vol. 4. per tex. in l. fin. C. de nat. lib. cum aliis, de quibus per Gabriel. de verb. signific. conclus. 2a. no. 18. Nam praedictae constitutiones loquuntur in nato ex fornicatione, sed est nepos legitimus natus ex illegitimo. l. fin. per quem tex. Bart. et alii communiter l. Gallus §. et quia si hic ff. de lib. et posthum. concludunt nepotem legitimum ex filio illegitimo heredem ab avo institui posse, quia in eo vitium paternum, et per consequens qualitas patrem excludens cessat, ut ait Cardinalis Paleot. de not. et spur. c. 13. Covarruv. in Epitom. in 2a. par. c. 8. §. 5. no. 13. Pinel. l. 1a. no. 69. in prima parte, et in l. 3. no. 21. C. de bon. matern. Anton. de Rosell. de success. ab intest. no. 36. Et quia non est similis, neque par ratio in nepote illegitimo, qui repraesentat paternam continentiam

non autem

non autem incontinentiam, que est in filio illegitimo, militatq. pro eo illa presumptio, quod filius presumitur similis patri, ut per Gig. de crim. lese maiest. in 3a. parte. q. 13. no. 14. et sequen. Et quod non sit eadem, neq. similis ratio in nepote, que est in filio illegitimo, ut ait Domi. et Alex. in cap. Presbyterorum, 56. distinct. et Egid. in cap. ad extirpandas, de filijs presbyterorum. Et licet appellatione filiorum quandoq. nepotes veniant, ut in l. Iusta de verb. signific. et in l. filium habet, ad Maced. id procedit, ubi est tanta ratio in nepote, quanta est in filio, et ubi dispositio est mere favorabilis ratione filiorum, ut per Socin. in l. Gallus, §. instituens no. 4. de lib. et posthum. et per Alciat. in d. l. Iusta presertim super verbo presens. Que omnia cessant in terminis nostris, in quibus non est par ratio, et dispositio non est mere favorabilis. Nam etiam de iure communi dispositio prohibens filium obtinere beneficium paternum non habet locum in nepote, tanq. dispositio exorbitans, et odiosa. Et licet super hoc tres tantum reperiantur opiniones principales, Prima, que distinguit, an pater

vivat, vel non: secunda, quod nepos etiam excluditur, Tertia, ut dixi, quod non excluditur nepos in hoc casu, Tota tamen secuta est tertiam opinionem, tanquam melioribus rationibus suffultam, et magis communem, magisq. ad plenum per Doctores tractatam, et defensam. Quam tenet glos. in cap. presbiterorum 56. distinct. et in cap. Apostolica. 8. q. pª. et Jo. de Fan. qui non est impressus, et Archid. Gofrid. in summa nº. 1. ad fin. Jo. Andr. in d. c. Ad extirpandas, et in c. ex transmissa, de fil. presbiter. ubi Collect. qui refert Archid. et Jo. de Ana. et Abb. ibi late per Opil. nº. 3. referentem etiam Ar char. d. c. ad extirpandas. Card. Anton. de Butr. et Abb. Bon. in d. c. presbiterorum, et ibi Alex. et in d. c. Apostolica 8. q. pª. Item tenet summa confess. q. 8. summa Pisanell. in verbo Illegitimis, et summa Antonina, par. 3. nº. 28. c. 4. § 2. col. 2. vers. porro ad nepotes. Areti. in c. Accedens nº 1. et 2. de accus. Butr. cons. 24. Barbat. in c. 2. de arbitris et in c. ex parte, el. 1. de offic. deleg. ubi Decio. nº. 17. Bald.

in c. pº.

In c. p.o § et quia, n.o 3. vers. quandoq. vero et terminus, bene, de his qui fud. dare poss. Io. Andr. d. c. ad extirpandas refert, et sequitur Alex. cons. 37. in 6. vol. Dec. cons. 95. col. 4. in verb. Ad hoc facit. Ex quibus constat non esse standum asser tioni Ant. de Butr. et Abb. in d. cap. Ad extirpandas, qui sim pliciter referunt Petrum de Rauenna in compendio Iuris Cano nici in tit. de fil. presbyter. Que communis opinio sit in contra rium, cum potius precedens opinio sit magis communis, et quod inaduertenter locutus fuerit Dec. quia distinctionem Hostien. tribuit Innoc. qui simpliciter loquitur, et tenet contra nepotes. Quam tamen distinctionem Hostien. in c. ex transmissa, de filijs presbiterorum, et in summa, quam multi sequuntur, describit etiam in proposito nostro; in quo presupponit patrem illegitimum mortuú non esse. Vnde possunt addi omnes alij, qui tenent cum distinct. Hostien. ut deseruiant pro opinione nostra precedenti, prout collect. in d. cap. Ex transmissa. Summiste fere omnes. Hosti: Summa Angelica. Rosell. Armill. in verbo Beneficium. Sindica: ...

menta contrariae opinionis euacuantur per Domi: et Alexandr: in locis allegatis, et per Egid. d. c. ad extirpandas. Maxime, quia sumus in materia odiosa, ut tenent Doctor. omnes, de quibus in pa. opinione post Io. Andr. d. c. ad extirpandas. Et facile fuisset sacro Concilio, si nepotem legitimum voluisset excludere in illis verbis, Ut paternae incontinentiae n. addere, siue Auicae ad tex. in l. unica. §. Sin autem ad deficien. C. de codicill. Collen. c. ad audientiam, de Deci: Et ita fuit conclusum, nepo tem legitimum non excludi;

Priuilegium de non soluendis Decimis si habet Clam quoad personas, et bona est reale, et tunc etiam comprehendit res. Non obstat decretum Concilij Tridentini; quia Papa declarat non esse ei locum.

Priuilegium. Xme. Concilium Tridentinu.

4. Burgen. Decimarum. 17. Nouembr. 1568. Coram D. Ceradino

Dubitatu

Dubitatum, an bona Monasterij de las Huelgas sint exempta a solutione Decimarum, ita quod Arrendatarij non tenean tur ad solutionem etiam de sua portione. Fuit dictum, quod privilegium sit reale, quia in eo est Clausula de bonis, et con sequenter prodest Arrendatarijs. Nam si alia interpretatio ad mitteretur, vix posset dari exemptio attributa religiosis, nisi exoticis tantum. Non obstat decretum Concilij Tridenti ni, quia Papa in dictis privilegijs declarat non esse locum decreto, et privilegium dicit, quoad personas, et bona. Unde non est dicendum, quod voluerit illud valere pro parte, quoad per sonas tantum: nam alias privilegium esset divisum. l. cum, qui aedes, de usucap. Quia eadem determinatio respiciens duo deter minabilia debet illa paruformiter determinare. l. cum hoc iure, ubi Bald. et Doctor.

Licet lex, videlicet decretum Concilij Tridentini irritat Matrimonium contractum cum consanguineo, tamen hoc non

obstante, inducitur vacatio beneficij, quia in hac materia inspicitur factum ipsum, non autem facti validitas. et quia Concilium repugnat.

Lex. Concilium Tridentinum, Matrimonium.

5. In una Lucana de Insula sancta. 6. Iunij. 1575. Coram Domino Lancilotto fuit conclusum constare, quod Michael contraxit matrimonium cum Virginia di anno. 1565. et mense septembris, ut bene probant, primus, et quintus testes, qui continuantur. 2. 4. et 6.° et licet secundus in interrogatorio putet non recordari de anno, tamen postea fatendo dictum Articulum verum, in quo continetur dictus mensis, et annus, censetur expresse deponere de eodem mense, et anno. Non obstat, quod verba, de quibus deponit quintus, et sextus testes important sponsalia de futuro, non autem matrimonium de presenti. Quia Respondetur, quod cum sint prolata ad interrogationem alterius, An velint invicem contrahere matrimonium de presenti, ut per Couarruvias allegatum supra. 1. libr. decretal. c. 4. §. primo.

nº 4 : Praecipue cum in continenti fuerit subsecuta Annuli im
missio, ut deponit quartus, quintus, et sextus testes. Nam per hunc
actum demonstrantem consensum coniugalem probatur etiam Matrimo
nium de presenti, ut late Couarru. l. c. 4. in princ. nº 3. Maxi
me, quia idem Michael confessus fuit dum examinaretur, se su
scepisse filium ex Virginia sub die 29. vel 30. 8tobris. 1566.
et postea de anno 1576. 16. Januarij, fuit conclusum, quod
Matrimonium fuit contractum per verba de presenti. Unde in
ducebatur vacatio beneficij ipso iure cap. pº de Cler. coniug.
et ibi not. Glos. in verbo, Derelinquendo, in princ. quae est
communior, et approbata, Couarru. in epitom. 4. libr. decretal.
par. 2. c. 6. nº. 4. et hanc opinionem tenet Cancellaria,
ut dicit Collect. in c. Joannes, nº pº. in fine titulo de Cler. coniug.
Quae conclusio procedit etiam si non fuerit subsecuta copula ut in tex
dicti. not. primam, eodem tit. in nouis, et primam, de sponsal. in antiqu.
et procedit etiam, ubi Matrimonium sit nullum ex alia ratione, quam ex
defectu consensus. quia quantum in eo fuit contraxit, et habuit

beneficium pro derelicto. Et quia non debet esse melioris conditionis qui contraxit nulliter, et illicite, quam qui licite; ut tradit Io. Andr. in d. c. Ioannes. col. pen. quem ibi ceteri sequuntur. Rom. cons. 283. col. 3. n.° 1. vers. 3.° videamus. Abb. in d. c. p.° n.° 12. in fin. Bri xien. quest. in. quest. Dominica. Math. singul. 386. Aufred. in addit. ad decis. Tholos. 239. in fin. Staphil. de liter. grat. fol. 25. vers. possit tamen, Rebuff. super Reg.ª de publican. in fin. Ias. in l. ubi pactum, n.° 24. C. de transact. Gig. de pension. q. 24. n.° 7. Concurri d. c. 3. et est communis opinio, ut ait Barbat. col. 26. cons. 7. in fin. vers. preterea accedit, Imol. in d. c. Ioannes. n.° 24. vers. quarto casu. Bened. Capr. in Reg. 93. n.° 93. Nec placuit Dominis fundamentum factum ex adverso ad probandum hic adesse defectum consensus. Quia videlicet non fuit probatum in hoc Matrimonio intervenisse Parochum, prout disponit Concilium Tridentinum, sess. 24. in decreto de reformatione. c. primo. Quod habet decretum irritans inducens resistentiam iuris in actu in contrarium gesto; quia dixerunt.

Quod

quod etiam lex cum decreto irritanti irritet Matrimonium con:
tractum cum consanguinea, c. non debet, de consanguin. et affinit.
et tamen communiter concludunt supradicti Doctor. induci uaca
tionem. Quia in hac materia inspicitur factum ipsum, non au
tem facti ualiditas. Propterea tunc dicitur deficere consensum,
quando nullo modo fuit prestitus, ut exemplificant Doctores
in contrahente per metum, uel non habente intellectum, non aut
quando est prestitus, et illum lex annullat. Imo dicunt, quod
Concilium in eius prohemio non negat in Matrimonio clandestino
non adesse consensum. Non obstat quod tunc inducatur talis uaca
tio beneficij, quando adest talis nullitas matrimonij, que indu
cit impedimentum publice honestatis. Quia respondetur hoc nullib.
probari, sed potius contrarium esse uerum per dictum cap. de sponsal.
n.o 6. ubi hoc impedimentum publice honestatis oritur ex con
sanguinitate, et tamen ut dictum est, uacat beneficium per con
tractum Matrimonij cum consanguinea. Unde est uerificata nar
ratiua Juliani narrantis, quod beneficium uacauit per Matrimo

nium per verba de presenti legitime contractum; Quia cum fuerit contractum interveniente consensu per verba de presenti verum est, quod fuerit legitime contractum secundum subiectam hanc materiam. Praeterea cum talis surreptio verisimiliter non movisset Papam ad concedendum, non vitiat. Egid. decis. 4. cum vulgar.

Quando Clericus resignat cum pensione ei soluenda, etiam postquam emiserit professionem in una ex Militijs, ei debetur etiam quod non steterit in probatione per annum, cum ipse Militiae non habeant rigorosam Regulam; cum iuxta suam Regulam ducant uxorem: Unde ei non obstat Concilium Tridentinum, De Regular. cap. XV. sess. XXV.

Clericus. Resignatio. Pensio. Professio, Milites religiosi. Concilium.

6. Die XI. Decembris 1570. Coram D. Seraphino, Pirasonem pensionis Ioannes de Luna obtinens Decanatum Ecc.ae Collegiatae oppidi de Tu

della

bella, quam resignavit in manibus Papae in favorem Petri Ximenez, reservata sibi pensione 100. ducatorum cum decreto, quod si Ioannem contigerit ingredi aliquam religionem militum, ac iuxta ipsius religionis privilegia uxorem duceret, pensionem nihilominus ipsam exigere, et percipere posset, et valeret, in supplicatione iuxta cuius formam sese obligarunt in forma Cam. Interim publicatum fuit Concilium Tridentinum, post cuius publicationem d. Ioannes de Luna habitum militiae sancti Stephani suscepit, ac incontinenti professionem emisit, et demum uxorem duxit. Orta controversia praetendente Petro pensionem extinctam esse in eo, quod Ioannes in emittenda professione non servavit formam traditam in decreto Concilij Tridentini de Regular. sess. 25. c. XV. quo cavetur, ne quis in quacunque religione tam virorum, quam mulierum, quae minori tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. Dubitatum, an d. Ioannes, quoad annum probationis, sub dicto decreto comprehendatur. Et fuit resolutum non compre

hendi, Primo, quia intentio finalis decreti fuit occurrere Apostasiæ, in quam facile dilabuntur ij, qui minus consulte profitentur. c. ad Apostolicam, de regular. & non solum, eodem tit. in 6. Quod quidem non potest convenire istis Militijs in quibus institutum non est multum durum, et multum abundat privilegijs a Papa concessis. 2º. quia Concilium videtur loqui de ijs Religiosis, qui pro basi, et fundamento suæ religionis tria vota profitentur, obedientiæ, Paupertatis, et castitatis, ut videtur innuere ea, quæ in c. primo huius decreti continentur. Quæ vota non emittuntur a militibus San.ti Stephani. Nec obstat, quod postea subdit, et si qui alij sint alienos alterius Regulæ, et ordinis peculiaria vota, et præcepta. Quia procedit augmentative ultra alia tria vota præstari solita a Regularibus. Nam etiam in istis votis datur excessus, veluti paupertatis, ut per D. Thom. 2a. 2e. q. 188. art. 10. 3º. facit dictum Speçul. tit. de Statu Monach. q. 36. ubi tradit eos, qui proprijs non carent, et in domibus cum uxoribus vivunt, non

esse

esse proprie professos, et ad ita per Clementem iudicatum fuisse. Quod etiam tradit Abb. in rubr. de regular. n.° 4 ubi vult, quod Hierosolymitani largo modo sint religiosi; cum non possint contrahere Matrimonium, et promittant obedientiam. Rectores vero Hospitalium, qui utuntur matrimonio deferentes certum habitum non esse religiosos neq. largo modo, neq. stricto, Allegat Jo. de Lignano et Lauren. in Clemen. 2.ª de probat. Ang. in sua summa, in verbo, Religiosus, n.° 1. ubi ait tales viventes sub aliqua Regula veluti tertij ordinis Sancti Francisci non esse proprie religiosos, illos autem, qui utuntur matrimonio, neq. stricto, neq. largo modo esse religiosos. D. Thom. 2.ª 2.ᵉ q. 86 art. 1. in fin. qui dicit quod sunt religiosi secundum quid, et non proprie, et vere, inquantum videlicet in aliquo participant eis, quae ad statum religionis pertinent. Unde concludit votum perpetuae continentiae requiri ad Religionis perfectionem. Accedit etiam, quod illud verbum, Professio, intelligitur de tribus votis; extravagan. Cum ad monasterium, ubi Gall. n.° 9. de Statu Monach. 4.° quia

cum Concilium voluit comprehendere milites eos nominavit, ut sess. 25. q. 22. et sess. 23. cap. 18. 5°. quia in hoc decreto de Regular. multa praecipiuntur, quae non possunt applicari huic Militiae Sancti Stephani: et ideo non videbatur comprehensa, quale est id, quod habetur in c. 2. ut nil proprium possideant, et cap. 4. ne liceat a Conventibus sine licentia recedere, et ab universitate missi in suis Conventibus habitent. Neq. cap. 6. de electionibus loquens potest ipsis applicari, neq. cap. ultimum, ubi supradicta Synodus hortatur Reges, et Principes, ut velint praedictis Episcopis Abbatibus, Generalibus, et caeteris praefectis in executionem eorum, quae in dicta Reformatione continentur auxilium suum, atq. authoritatem interponere, quoties fuerint requisiti. Si n. sancta Synodus intellexisset de Militijs, hortata esset ipsosmet Reges, et Principes qui sunt Magni Magistri horum ordinum Militiarum ad contenta in Reformatione observanda, neq. expectandum, quod ab aliquo essent requisiti. 6°. quia in dicta militia Sancti Stephani eodem tempore datur habitus, et emittitur professio, ut in ista

tutu dicte

tute dictæ Militiæ tit. 2. cap. 1. Quod etiam usu observari compertum est. 7°. fuit habitum pro solido argumento, quod in c. ultimo decreti ponitur, et omnia observentur in omnibus cænobijs Monasterijs, Collegijs, et domibus quibuscunque Monachorum, et Regularium; nec non quarumcunque sanctimonialium, etiam si illæ sub gubernio militiarum existant. Nam si illæ Militiæ continentur sub illis decretis, frustra fuisset facta extensio domus mulierum, quæ sub militijs vivunt. Ex quo arguitur de mente sanctæ Synodi non fuisse comprehensas in decreto, et in dictione, etiam arguitur Synodum in pertinentibus ad militias plus dubitasse. 8°. quando unum præsupponitur, et super eo disponitur dispositio locum non habet, nisi adsit præsuppositum. l. Mancipia. C. de serv. fugit. et ibi Glos. et Doctor. in verbo, Avocari. Tex. in l. Lucius Titius, C. de Fid. liber. Sed in hoc capite, de quo nunc particulariter agitur, præsupponitur Annus, ubi in casu, de quo agitur, non habet locum dispositio de professione, post annum probationis emittenda; Non obstat generalitas verborum. Quoniam secundum

subiectam materiam, et causam finalem restringi debet, Glos. in l. omnes. C. de muner. et honor. l. cum pater. §. dulcissimis, de lega. 2. non obstat, quod materia videatur fauorabilis, et ideo extendenda ad eos, qui largo modo sunt religiosi quia cum cesset ratio finalis, nullus ex hoc dicretur fauor obijci potest, imo potius, ut onus inutile, atq odiosum illis, qui statim illis militijs ascribi velint ad participandum, et gaudendum priuilegijs eis concessis, alia que in contrarium facere videntur ex deductis facile tolluntur.

Clausula, sine retardatione solutionis pensionis operatur tantum quoad summam contentam in sententia, quando commissio Appellationis habet relationem ad summam, que condemnauit tantum ad soluendum iuxta formam concordie; sed cum voluerint inniti Concilio Tridentino, sess. 24. c. 13. probationem illius qualitatis deceri sibi incumbere

Clausula

Clausula sine retardatione solutionis Pensionis,

Commissio. Concordia. Consilium.

In una Romana pensionis, 26. Maij. 1576. Coram Domino Blanchetto fuit tentum Clausulam sine retardatione operari tan tum, quo ad summam contentam in sententia. Nam commissio causae Appellationis habet relationem ad sententiam, per Dominum Puscherium latam, quae condemnauit tantum ad soluendum iuxta formam concordiae. Tamen cum signatura apposuerit Clausulam sine praeiudicio legitimae executionis, non debet declarari, ut augeat dispositionem sententiae. Couarru. in rubr. de testa. 2a. par. no. 13. Et sicut haec Clausula non potest referri, nisi ad summam contentam in sententia, ita et Clausula, sine retardatione ratione connexitatis debet ab ea interpretari. Imo dicebant quod si aliter interpretaretur mens signaturae, sequeretur, quod ipsa virtualiter iudicaret Reum non posse iuuari concordia, quam impugnauit; quod est contra Stilum consuetum signaturae, quae iudicia, et merita causarum alijs

committere convenit. Addebant etiam, quod hi Clausula sine reardatione esset referenda ad pensionem reservatam in literis cum ex ventre illarum oriatur exceptio, quod remanent ducati quinquaginta liberi, potuisset supersederi, donec Selius verificasset narrativam: Sarnen. in compendio utriusq. signaturæ, n°. 86. Quam viam si aggressus fuisset Laurentius transtulisset onus probandi in ~~licam~~ Sinium. Sed cum ipse adveniret innixi decreto Concilij sess. 24. cap. 13. Probationem qualitatis illius decreti sibi incumbere.

Statutum Ecclesiæ circa correctionem in sua generalitate comprehendit omnem correctionem etiam que fit in visitatione, cum utatur dictione universali, omnes, que predicatur de pluribus differentibus numero Iuxta Concilium Tridentinu. Idem Iuramentum per Episcopum prestitum capit utrumq. casum.

Statutum Ecclesiæ. Correctio; Visitatio.

Dictio,

dicto omnes, Iuramentum Epus, Concilium,

Placentina Iurisdictionis, 18 Maij 1573. Fuit resolutum Sta-
tutum in sua generalitate comprehendere omnem correctionem
etiam que fit in visitatione, cum utatur dictione universali
omnes, que predicatur de pluribus differentibus numero. Bald.
c. quamvis in pa. col. de iudic. Ias. in l. Imperium. col. pa de
Iurisd. omn. Iudic. Fel. in c. quod sedes, col. 2. de offic. ordinar.
quas refert Cotta in Memoriali, in verbo Iurisdictio. Ideo Iura-
mentum per Episcopum prestitum capit utrunque casum tam visi-
tationis, quam extra. Ex quo presupponendum Statutum huiusmo-
di fuisse per decretum Concilij, nempe in c. 4. de reformatione
sess. 6. et in c. 6. sess. 25. sublatum, alias non adesset aliqua
ratio dubitandi. Domini dixerunt Episcopum teneri ad obser-
vantiam dicti Iuramenti, cum expresse Concilium velit Iuramento
suos obligare auctores, cum presupposito tamen, quod sumus in
preiudicio reparabili, prout nos esse inclinabat per ea, que tradit
Aret. cons. 114. no. 2. Quo fundamento obstante non

obstant contraria de Alienatione, et iurisdictio Eccle
siae. Nec obstat, quod possit corrigere tanquam delegatus
cum dicto, quod sic Episcopus, sit ei iurisdictio delegata.

Quando in gratia sunt plura narrata, quorum unum
est sufficiens ad impetrandum gratiam, licet alia
non subsistant, gratia tamen valet.

Gratia.

Papa narranti, quod sibi fuit supplicatum pro parte. N. creditur,
quia est narratiua facti proprij, et etiam quod esset narratiua
facti alieni, sic congesti probaret.

Papa, Narratiua, Probatio

Narratiua consuetudinis immemorabilis sufficienter
probatur ex tribus testibus deponentibus de uisu, à 60.
annis, et quis non perceptiant 40. annos ante litem

motam

motam, tamen cum sint examinati de anno 1588, a tempore examinis usque ad tempus gratiae intercedunt 38 anni, quibus si superaddantur alii 50 anni necesse erit, quod testes deponent de visu de 18 annis, et sic quod testes essent ad minus 88 annorum, et ideo satis est materia antiqua, quo casu fama probat.

Consuetudo immemorabilis, Probatio, Narratiua Gratiae.

In Causa Salamantin. Iurisdictionis, coram Domino Seraphino die 17. Maij 1577. Domini resoluerunt bullam erectionis Abbatis esse sufficienter iustificatam, in qua narrata sunt haec, Primo quod Ferdinandus Rex Aragonum aedificauit oppidum Medinae, illudque pluribus decorauit, et in eo parrochiam olim construi fecit, quam cathedralem erigi desyderabat. 2° quod Ferdinandus Rex dicti Ferdinandi nepos, nec non Rector dictae Parrochialis

et Clerus maioris, et Archipresbyter, et beneficiali ipsius Parrochia lis pro ipsius erectione supplicarunt: 3° quod ex antiqua, atq approbata, et pacifice observata consuetudine nullam exercuit iurisdictionem. Quantum ad primum non curarunt Domini de eius ratificatione propter plura narrata, quorum unum est sufficiens ad impetrandum gratiam, licet alia non subsistant, Gratia nihilominus valet. Egidi. decis. 780. Quantum ad secundum, quod Clerus, et ceteri supplicaverunt, satis apparet iustificatum ex effectu subsecuto, quia pluries iste Clerus, et alij nominati elegerunt Abbatem, et sub Abbatis cura, et sollicitudine per longissimum temporis spatium quiete permanserunt. Praeterea cum Papa asserat, quod sibi fuit supplicatum pro parte istorum, et hec videtur narrativa facti proprij, ideo ei credendum, Clemen. licenis, de prob. et saltem est narrativa facti alieni sic congesti, que probat, ut per Imol. ibidem prope finem. Quantum ad tertium, in quo consistit tota difficultas, quamuis videatur nonnullis ex Dominis, quod ista narrativa egeret iusti

ficatione

stratione ex eo quod talis consuetudo à parte non narrata, sed à Papa iuxta tradita per Innoc. in c. inter dilectos, de fid. instrum. ubi Felin. nº. 3. Glos. in l. 2. Romanorum in uerbo. Desuetae 19. dist. Aret. cons. 76. nº. 1. Curt. Iun. cons. 97. nº. 4. Grammat. decis. 19. nº. 27. et caus. ciuil. cons. 720. Natt. cons. 160. nº. 19. cum alijs cumulatis in causa Cauien. coram Domino Cantucio, et maxime cum dictio prout sit causatiue, non autem conditionaliter c. Abbate sane, de uerb. signific. Curt. Iun. cons. 97. nº. 3. et 4. Maxime in priuilegijs Cassan. in l. Admonendi, nº. 16 et 17. de iureiuran. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 4. nº. 6. et in uerbo si lon la general. nº. 1º. et in eodem priuilegio paulo inferius Papa loquitur per dictionem Et, et quia etiam per dictio non omnino non exercuit, et sic assertiue. Nec in contrarium moueatur ex allegato responso Alex. 174. alias 6. de uir. cons. lib. 2. quia fundatur dictum secundum doctrinam Felin. qui distinguit an referat quid certum, uel incertum, et in casu suo quod incertum referebatur, hic uero ualde certa consuetudo, at seriose à Papa refertur

et ideo non bene applicatur eius dictum. Praeterea cum super narrata consuetudine Papa fundet intentionem suam, tunc statim statur narratiue, donec contrarium probetur. Doctores per Glos. in d. Clem. licis, nec obstare cant. Alex. in cons. n.° 1. lib. 7. quia non procedit in casu, in quo plena requiratur probatio, nec sufficiebat praesumptio. Tamen ad hoc non principaliter tendebat dubium. Et ideo non fuit quicquam firmatum. Quia si opus esset particulariter veniret discutiendum, sed stricte ad dubium fuit resolutum hanc narratiuam esse sufficienter iustificatam, ex quo eius testes deponunt de visu, a 60. annis, et quis non perculiant 40. annos ante litem motam, tamen cum sunt examinati de anno 1548. a tempore examinis usq. ad tempus quaestionis intercedunt 38. anni, quibus si superaddantur alij 40. anni, necesse erit quod testes deponant de visu de 78 annis, et sic quod testes essent ad minus 88. annorum, Et propterea stantis sumus in materia antiqua, quo casu fama probat, ut deducitur per Informantes pro parte Abbatis. Nec debet imputari parti, cum pars prius non

examin

examinauerit testes, quia non constat, quo praesentibus ab initio fuerit mota, et praeterea etiam potuit cogitari ad talem verificationem non obligari.

Hoc casu consuetudinis etiam immemorabilis licet Visitatio de iure praesumatur pro Episcopo, tamen in casu consuetudinis talis, et confirmatae per priuilegium talis consuetudo pertinebit ad Abbatem.

Consuetudo immemorabilis, Praesumptio. Priuilegium.

Coram D. Seraphino, 23. octobr. 1579. Dubitaui, an stante sententia in fauorem D. Abbatis lata, et Bulla Sixti, nec non decretis Concilij, An D. Episcopus Salamantin. possit Abbatiam de Medina, illius districtum, et habitatores uisitare. Circa hoc excitantur difficultates. Prima, An Episcopus possit uisitare Abbatiam, id est loca ipsa circumscripta uisitatione personarum.

2.ª An ius visitandi competat, et ex decreto Concilij.
3.ª An saltem competat eidem ius visitandi in illis quatuor casibus reservatis in Bulla. Quantum ad primam difficultatem requirit particularem discussionem, Nam de iure communi, cum praesupponatur Abbatiam esse in diocesi Salamantin. utiq. per privilegium, vel consuetudinem non reperitur sublatum remanet penes ipsum. Anch. c. postulasti. n.º 45. de foro compet. et in c. 2. n.º iii. de consti. in 6. Quare hoc pendet ex qualitate consuetudinis Abbatis probatae, de qua erit videndū.
Quantum ad secundam pro discussione decretum Concilij prius ponebat sententiam à Rota ultimò latam esse validam, et iustam, et quod visitatio pendeat ab ordinario cap. i. in fin. de cens. in 6. Oldr. cons. 24. n.º 1. Abb. cap. cum Apostolus, de censib. Par. de visitat. lib. 4. n.º 4. vers. 2.mo quaero et quod ordinarij appellatione veniant quoq. inferiores ab ipso in materia eis adaptabili cum habentes Iurisdictionem à lege, q. ab equipollentia, veluti principe, consuetudine, populo

Gemin. c.

Gemin. c. ordinarij. cl. pº. nº. 1. de offic. ordin. in 6. et ibi Jo. Monach. nº. pº. et 2. Franc. nº. 3. Abb. in posit. questionem in primo. not. de pub. ubi Aret. nº. 1. Alciat. in rubr. de offic. ordin. nº. 1. Gofred. in summa, de offic. ordin. Barba. in c. Cum contingat. nº. 21. de for. compet. Hostien. in summa, de off. ordin. §. constituitur, nº. 10. Abb. in c. Cum contingat, nº. 1. de for. compet. Presupponebatur etiam, quod locus exemptus a iurisdictione Episcopi, et alteri subiectus dici tur huius propria diocesis. Jo. Andr. in cap. nimis. col. 1. in fin. et ibi Butr. nº. 2. Franc. nº. 3. de off. ordin. in 6. Quibus sic stantibus accedentibus ad decretum cap. 8. sess. 7. videbatur aliquibus ex dominis non magis facere pro Episcopo, quam pro Abbate, qui ordinariam iurisdictionem habet a consuetudine per Papam confirmata, et qui sub se plures habet Ecclesias, in quibus cadere potest qualitas exemptionis, de qua ibi fit mentio. Idem videbatur de decreto 4. sess. eadem cum loquatur conditionaliter de iudi

etis maxime ponderando illa verba, si in Ecclesijs suis resederint. Addit, quod non derogatur per hoc Capitulum consuetudini immemorabili. Afflict. decis. 254. n.o 1. Prob. c. 1.o n.o 24. de praescript. in 6. Achill. pa. de confirma. Quare difficultas restricta fuit ad cap. 3. sess. 24. super qua erat particulariter dubitandum. Nam responsiones, quae dantur pro parte Abbatis patiuntur magnam difficultatem: Inprimis enim, quod dicit decretum loqui de habentibus iurisdictionem, videtur tolli ex clausulis derogatorijs in quibus derogat exemptionibus, et privilegijs quibuscumque quae licet non amplient iurisdictionem, tamen declarant, iuxta doctrinam Bald. in l. eam quam. n.o 3. C. de fideicommiss. et exemptio tollit annullationem. cap. cum episcopus. de offic. ordin. in 6. Nec facit decis. Put. 239. lib. 3. quia loquitur de dispositione decreti, quod est de Regularibus, et est diversa materia, cum Praelati Regulares habeant a iure Iurisdictionem in subditos priva

tive

tione ad Episcopum. Abb. et Felin. in cap. Pastoralis, de off. ordin. Item duae illae responsiones, quae dantur per Infor-
mantes pro parte Abbatis, non carent difficultate. Nam quod dicitur de litis pendentia, non videtur obstare respectu futurarum visitationum. Argument. eorum, quae tradit Bart. in l. omnes populi. ff. de Iustit. et Iur. cum non sit verisimile, quod Concilium voluerit tollere exceptiones indubitatas, et controversas, ac litigiosas permittere. Illud vero, quod dicitur de consuetudine confirmata, revocatur in dubium ex eo, quod tollitur immemorabilis consuetudo, quae tamen facultatem tribuit allegandi quemvis titulum etiam confirmationis ut per Gabriel. de praesumption. conclus. prima. Caetera decreta eiusdem sess. non videntur facere ad praesentem dubitationem: Ideo illis omissis de isto erit particula- riter agendum. Quantum ad tertiam difficultatem, videbatur dominis de plano procedere ut in his, in quibus Episcopus remanet ordinarius ei quoque iure ordinario competat

ius visitandi, nisi ex adverso aliquid probabile deduca
tur, cum de hac re principaliter actum non fuerit

Sententia iniusta non est confirmanda, sed revo
canda, maxime in supremis Tribunalibus, in
quibus non solent exequi sententiæ, de quarum
iniustitia ex actis constat.

Sententia iniusta. Revocatio sententiæ.

11. In Salamantin. Iurisdictionis, die pa. Iulij 1577. Coram
Domino Seraphino fuit resolutum sententiam D. Mercu
rij latam contra D. Abbatem de Medina non esse exequen
dam, sed esse revocandam. Quia ex revolutione nuper fa
cta de eius iniustitia constat, cum ex testibus Abbatis fue
rit sufficienter iustificata Bulla erectionis; et suprema
Tribunalia nunquam exequantur sententias, de quarum
iniustitia in actis constat, sed eas solent revocare, ut ex

Sentent

sententiae. Guid. pap. decis. 525. nu. 8. et 368. et reso-
luit Rota in una Auximana decis coram me, die 14 Mar-
tij 1575. Non obstat fundamentum ex adverso, quod de no-
toria iniustitia constare non potest, cum probetur quorundam
actorum amissio: Ad tradita per Corn. cons. 10. lib. 4. cum
aliis per informantes allegatis. Quia ex actis videtur tolli
omnis difficultas. Nam quantum ad exceptiones contra
Bullam, apparet ex actis et fuisse productas, et eodem instanti
parte restitutas, nec constat unquam aliter apud acta dimissas
fuisse. Quantum ad testes examinatos in Curia cum non
fuerint examinati de anno 1513. usque ad annum 1517.
et postea de anno 1518. fuerit directa Remissoria, quam
Reverendissimus Episcopus consecutus fuit, et tota integra extat
apud acta, satis apparet illos testes nil relevans probare
potuisse. Frustra enim fuisset susceptum onus probandi per Remis-
soriam cum tanta impensa pro parte Episcopi, si ex testibus
iam examinatis fuisset iustificata eius intentio, ultra quod

testes absentes plures numero, et multa acta per ipsum pro dicta perierunt, et maxime cum testium publicatio pro parte Episcopi fuerit petita, et obtenta, quas omnes circum stantias habuerunt in consideratione, presertim cum a tanto tempore citra nunquam voluerit executionem dictae sententiae. Non obstat Concordia, quia omnes exceptiones quae contra eam opponuntur, si considerentur ea, quae in ea continentur, potius faciunt contra Episcopum, dum ille Archiepiscopus ... renunciat consuetudini; nec probatur eius effectuatio. Imo ex articulis quarto, et quinto Episcopi contrarium probatur: ... nec talis renunciatio de iure tenuit, ut bene deduxerunt Informantes. Et haec omnia dicta fuerunt praesupponendo rem iudicatam, et circumscribendo nullitates, inter quas videbatur valde ur gens illa, quae deducitur de insufficientia mandati Roderici de la Camera in personam Ioannis del Castillo. Per ea, quae tradit ... decis. ... circa medium. Sed circa hoc nihil fuit decisum,

Tamen

Tamen ex eo, quod pars Episcopi non informat eo quod non fuit necessaria dominis huiusmodi discussio. Et. 21. Octobris. 1577. Domini cum praesupposito, quod testes Episcopi nil relevans probent contra Bullam erectionis Abbatiae, perstiterunt in resolutis, quod constet de iniustitia sententiae in favorem Episcopi latae. Nec multum eos movit, quod fuerit sublatum illud fundamentum, quod alias fiebat super Remissoria ab Episcopo petita, quia adhuc supersunt tot aliae circunstantiae, ut ex ea dixerint recedendum ab ea regula, quod non possit constare de notoria iniustitia, stante amissione rerum. Maxime cum satis verisimile sit potuisse aliquid in Curia probari, quod non facilius per plures testes in partibus probari non potuerit.

Nunquam censetur tolli actus confirmatus, nisi de confirmatione fiat mentio. Quia in materia derogatoria, ista ... obstante, de omnibus debet fieri mentio: et quia

materia derogationis est odiosa, et quia duplex
vinculum arctius ligat.

Confirmatio, Consuetudo, Derogatio

Renuncians statuto disponenti idem, quod ius commune
non censetur propterea renunciare iuri communi.

Non dicitur derogata Consuetudo confirmata.

172. Salamantin. Iurisdictionis. 14. Decembris. 1579. Coram Domino Seraphino, Dubitatum an Episcopus Salamantin. possit visitare Abbatiam, et illius districtum, et habitatores vigore Concilij c. 3. sess. 24. Et cum plura fundamenta fuerunt pro parte Reveren.mi Abbatis de Lacita. Et primo quod cum in decreto contineatur, ut Patriarchae, et Archiepiscopi visitent propriam dioecesim, et haec de qua agitur, non sit propria dioecesis Episcopi Salamantini, ex quo est exempta, et habet proprium Praelatum, hanc predicto decreto non contineri ex notatis per Jo. Andr. Butr. et alios in cap. nimis; de Iure

iurand.

rarari: sed huic fundamento responsum fuit hunc locum sibi
liminus esse in dioecesi. c. episcopis, de offic. ordin. in 6. Abb.
c. grave, in p.o not. de offic. ordin. in 6.o et ibi late Felin. n.o
p.o et tanto magis, cum hec Iurisdictio competat Abbati ex
presumptione. Quo casu secundum Abb. et Butr. in c. cum
contingat. n.o 18. de for. compet. non potest contradici
ista prescriptio privative, ut Iurisdictio non remane
at Episcopo in habitu, quod maxime procedit in casu, de
quo agitur, cum non sit penitus suppressa Iurisdictio
ordinarij, cum aliquibus casibus eam exerceat. 2.o de
ducebatur argumentum ab usu patrisfamilias, quod quan
do Concilium vult tribuere iurisdictionem Episcopis in
exemptos, non solet tribuere, nisi sicut Apostolice delegati
veluti c. 8. sess. 7. et c. 4. sess. 14. et c. 9. sess. 21.
et c. 10. et 11. sess. 24. sed hoc argumentum non vi
debatur concludens, cum per predictum decretum, de quo agi
tur, tribuatur iurisdictio Episcopo etiam in exemptos,

puta si Archidiaconus, vel Decanus visitatores sine ex
empti. 3º diluebatur Concilium, ubi verbis non tribuen
tibus de novo iurisdictionem; sed neq etiam placuit hoc
argumentum, cum subijciatur non obstante consuetudine
et exemptione. Unde sublato obstaculo sequitur, quod
iure suo visitet Episcopus. Io. Andr. Domi. c. cum ali
quibus, de rescript. in 6. Nam Non obstat, quod hic sint
posita in Clausula executiva, quia per eam declaratur
intentio disponentis. Bal. l. cum quam. nº. 36. C. de fidei
commiss. Maxime si consideremus Concilium loqui de
iure visitandi ex consuetudine, quæ semper intelligitur
competere privative ad Episcopum. Felin. c. pastoralis
nº. 2. de offic. ordin. Doctor. in cap. Auditis, et ibi
Panor. nº. 7. de præscript. Non obstat, quod Clausula
non obstan. sit referenda tantum ad ultimam particulam,
quia regula est in contrarium, quod in fine posita re
fertur ad omnia. l. talis scriptura. de lega. pº. Dec. in c.

2º. neq

28. requiris, de appell. 4.° dubitabatur decis. Put. 234.
libr. 3. sed ea non videtur posse applicari, cum loquatur in
decreto valde diverso ab isto posito in c. 3. sess. 6. Quin
et dubitabatur hoc decretum non debere intelligi de inferio
ribus, qui habent territorium, sed de illis, qui habent tantum
ius visitandi. Sed neq hoc placuit, cum enim loquatur de
illi tam generaliter de ijs, qui hactenus legitime consueve
runt exercere ius visitandi, quod pendet a iurisdictio
ne ordinaria. c. p.° in fin. de Iureiurand. Aldr. cons.
204. n.° 5. supponit consequens, quod illi possent ha
bere dictam ordinariam iurisdictionem, praesertim ponde
rando verbum, legitime. quod intelligitur secundum dispositionem Iuris. l. sed et si se, vers. divortio. l. 9. de ritu nupt.
l. 7. de crim. Stellio. l. 3. §. 1. de accus. Ultimo dubita
batur nos esse in consuetudine confirmativa, et allegabatur
decis. Achill. p.a de confir. Quod argumentum cum visum
fuisset Dominis dignum discussione diligenti, licet in ceteris

inclinarent contra Abbatem, tamen voluerunt restringere disputationem ad hoc caput, de quo actum fuit die lunae 14 Decembris, et tunc Domini constituerunt regulam pro Abbate. Primo, quia nunquam censetur tolli actus confirmatus, nisi de confirmatione fiat mentio. Rubr. in c. constitutus, nº 22 vers. et non sufficit de rescript. Paris. cons. 140 nº 4 in 4º. Ruin. cons. 73 nº 24 libr. 1. 2º. quia in materia derogationum si plura obstant, de omnibus debet fieri mentio; Alioquin non uno sublato, remanet aliud impedimentum, Bal. l. pª nº 22 C. de iure. Felin. c. postulasti nº 2 ibi et quod not. Bald. de rescript. Gozad. cons. 9 nº 24. Riminal. d. cons. 73 nº 26 libr. pº. Alciat. cons. 19 nº 11. Tertio quia materia derogationis est odiosa. Gemin. cons. 35 et ideo sub casu simplici non comprehenditur mixtus. Ad not. in l. 2 de verb. oblig. Quarto quia horum ratio est duplicitas vinculi; nam duplex vinculum arctius ligat, et ideo

actus

actus confirmatus in generali sermone non venit, ut per glos. in Clemen. Dudum, in verbo, Pacta: de sepult.: Addit. ad sing. 7. Roman. et eiusdem cons. 398. Rimin. d. cons. 73. no. 74. Alciat. d. cons. 19. no. 5. Riminal. cons. 16. no. 44. in fin. et hinc est; quod qui renunciat statuto disponenti idem quod ius commune, non censetur propterea renunciare iuri communi. Imol. in c. fin. col. pen. de Cler. non residen. Quibus stantibus, non obstant ea, quae in contrarium deducuntur, et ideo non obstat, quod Ioann. vigesimus secundus pronunciaverit contra illam glos. ut refert Card. in dicta Clemen. Dudum. §. Nos etenim. q. 7. de sepult. Quia ibidem dicit glos. opinionem de rigore iuris esse veram, et eum sequitur ibi Zachar. in fin. et Imol. no. 73. in fin. et alij ius citati. Secundo non obstat, quod in casu dictae glos. ageretur de dispensatione odiosa, hic autem de favorabili; quia etiam ibi agebatur de dispensatione favorabili, ut res reduceretur ad equalitatem, ut inquit ibidem Imol. no. 73. sed ratio dictarum: non fundatur in odio, vel favore,

sed in ea conclusione, de qua supra, quod de quolibet impedimento est facienda mentio. Alias eo non sublato remanet aliud de quo non est facta mentio. Tertio non obstat, quod dicitur doctrinam Glos. esse intelligendam de confirmatione particulari separatim ab ipsa consuetudine, ex not. per Gemin. cons. 83. cum alijs citatis per Didacum rubr. de testam. 2.a par. vers. secundo infertur. Quia omissio quod opinionem illam approbat Ariminal. in d. cons. 66. n.o 48. ista ratio non applicatur cum confirmatio sit particularis, et natura separata à consuetudine, quæ multis iam annis introducta fuerat. Quarto non obstat consideratio illa, quod par sit virtus immemorabilis consuetudinis, et consuetudinis simplicis confirmatæ cum in utraq. adsit duplex vinculum. Et ideo cum sit in decreto Concilij derogatum consuetudini immemorabili, censeri etiam derogatum consuetudini confirmatæ. Maxime cum habens immemorabilem possit alligare quemcunque titulum etiam confirmationis, et privilegij, ut post alios Rip. c. decernimus. n.o 155. de iudi. Dolan. cons. 66.

n.o 46.

no. 46. lib. 2. cum allegatis. Quia si praesupponamus Abbatem probasse immemorabilem, hoc casu adesset duplex confirmatio, altera tacita a cursu temporis, altera expressa Papae, et ideo non solum duplex, sed et triplex dicitur funiculus. Si vero praesupponamus secundum antiquam consuetudinem prout narratur in literis erectionis a Papa confirmatis hoc nihilominus habet maiorem vim, quam immemorabilis quia habet expressum consensum Principis, qui est maioris efficaciae; nam regulariter plus operatur expressus consensus, quam tacitus. Abb. in c. dilecti. in 3o. not. de foro competen. Bene declarat Natt. cons. 512. no. 13. in 3o. Quod evidenti demonstratur ratione. Nam data incapacitate personae, veluti in laico decimas percipiente non sufficit probare immemorabilem, nisi probetur quoque fama privilegii. Ant. Ang. lib. 3. decis. 798. et 799. Aimo de antiqu. par. 4. § absolutis. n. 10, et tamen solum privilegium, de quo expresse constat, ei sufficeret. et in summa plus praesumendum est pro consuetudine

observata, et expresse confirmata, quam pro observantia immemorabili, quae ex sola conniventia, vel negligentia induci potest; et idem dicendum si dicamus cum Rymone loco supra citato, quod titulus proveniens ex cursu temporis immemorabilis sit fictus. Quia ut interim omittatur, quod fictio est super falso, et certo, praesumptio vero super vero, et incerto, ut per Alciat. de praesumpt. in princ. n°. 2. Casus novus semper prevalet casui ficto. nam fictio non trahitur ad accessoria, l. pater. in fine. ff. de cap: et post lib. non l. lege Cornelia, de vulga. et pupill. Alex. cons. 10 n°. 8. libr. p°. Quinto. non obstat pugnantia verborum ipsius derogationis, quia si recte rem perpendamus, non adest ista pugnantia. nam in illis verbis, Non obstan. quamvis consuetudine etiam immemorabili non comprehendatur confirmatio ut supradictum est. Dum vero subiungitur et exemptionibus, et privilegijs quibuscumque intelligenda sunt haec verba de quibuscumque privilegijs ius [illegible] se tribuentibus, non ex alio vinculo, nempe confirma

tione

tione. Quo casu, ut dictum est, adest duplex vinculum, et aperte colligitur hec conditio ex alijs decretis Concilij, in qui bus quando voluerunt patres illi derogare confirmationibus ultra derogationem immemorabilem de illa fecerunt mentio nem, veluti in cap. 3. de reformat. sess. 22. et in cap. 4. sess. 24. ubi animadvertendum est insuper fu isse mentionem confirmationis, que Apostolica auctoritate emanaverat. Idem quoque dicendum est, quod ubi deroga re voluerunt huiusmodi confirmationibus, illud in specie fecerunt, non contenti clausulis generalibus. Sexto non obstat, quod derogatio hec sit facta per viam legis, quia colligitur hoc obiectum ex decis. Achill. p.a de confirmat. supra allegata, ubi eodem modo agebatur de decreto conciliari. Septimo non obstat, quod hec materia pendeat a sola vo luntate derogantis, quia de hac voluntate legitime constare debet, ut dicit Dec. cons. 168. n.o 3. et quod dicitur, si pa tres fuissent de hoc interrogati, ita respondissent. Negari potest stante diversitate rationis ex supradictis. Octavo non

obstat, quod allegatur alias fuisse datas plures limitationes ad praedictam regulam per Rotam, Coram Domino Oradino, 7a. Martij. 1563. quia prima limitatio quod non procedat in l. vniuersali, et contra publicam utilitatem, et contra dict. Achi[illegible] allegatam, et omnes leges fiunt gratia publicae utilitatis, 2. quod secus sit, quando de contraria mente constat ex coniecturis non applicatur, cum de coniecturis non appareat. 3a. quod procedat solum, quando agitur de reuocatione actus ab eodem confirmati et quod non praesumitur mutatio uoluntatis, secus in alijs, ubi est uera, et tollitur per eandem dict. Achill. unicam. Quod non procedit, ubi post aliquas derogationes subiungitur clausula generalis. Rui. cons. 73. no. 12. libr. 3. Non applicatur, quia non adest clausula, et contrarijs quibuscunque. Sed et aliqui ex Dominis dixerunt istam decisionem Oradini non reperiri in eorum libris. Quibus ita stantibus, Domini concorditer resoluerunt pro non derogatione consuetudinis confirmatae. Et hanc partem dixerunt in dubio ma

Dimè

-ximè amplectendam, ut per federic. de sen. cons. 233.
prope fin. Dec. cons. ibi. col. penult. Aleiat. d. cons. 9.
n.o 7. vers. septima, et ultima ratio est.

Consuetudo immemorabilis probatur per enunciatio-
nem Papæ in Bulla erectionis, per verba, prout de
antiqua, et approbata hactenus pacificè observata
consuetudine, quæ important consuetudinem
præscriptam. Maximè accedentibus multis alijs
probationibus. et ideò non comprehenduntur sub
decreto Concilij.

Consuetudo immemorabilis. Enunciatio
Papæ. Probatio.

Coram Domino seraphino, Salamantin. iurisdictionis, die. 4. Mar-
tij. 1580. Dubitatum fuit, an constet de tali consuetudine
quæ sufficiat ad effectum; ut intret decisio ultimi facta in
fauorem Abbatis. Et Domini contrariter tenuerunt partem
affirmatiuam. Dato enim quod hic non agatur de probanda

simplici consuetudine præscripta ad effectum, ut posset dici
adesse duplex vinculum, ad Glos. in Clemen. Dudum, de
sepult. Nihilominus omnibus consideratis dixerunt non probari
Et primo pro fundamento considerarunt enunciationem Papæ in
bulla erectionis in illis verbis, Prout de antiqua, et approbata ha
ctenus pacifice observata consuetudine etc. Quæ verba impor
tant consuetudinem præsumptam, si sumus in casu, prout
pro parte Episcopi prætenditur, in quo requiritur præscriptio
alias non est consuetudo approbata. Et quamvis sola hæc enun
ciatio, cum super ea Papa fundet suam dispositionem, et simus
in re antiqua videatur probare intentionem Abbatis iuxta
ea, quæ tradunt Doctor. in Clemen. 1a. de probat. et Aim. de
antiqu. tempor. par. 1a in princ. et fuit tentum in decis.
facta in hac causa .vi. Maij. 1577. Tamen concurrenti
bus ijs, quæ mox deducuntur, res dicitur omni prorsus careî
difficultate. Nam secundo loco concurrit Regis supplicantis
auctoritas, quem verisimile est habuisse notam hanc consue
tudinem. Tertio loco concurrunt testes, quorum vnus probat

immemor

immemorabilem, videlicet primus, et dicimus certius videntur et eandem immemorabilem probare. Nam quo ad alios consy derabatur eius probationem non esse per. 40. annos de visu, deducto tempore litis non obest ad effectum presentis inspectio nis, cum hodie Reverend.mus Episcopus agat vigore decreto rum sacri Concilij Tridentini, super quibus nulla erat lis ante predicti Concilij publicationem; et ideo ad hunc effectum nulla obest lis, que veniat deducenda. Nec obstare, quod di citur de deducendo tempore sedis vacantis, quia hec vacatio non probatur, ut bene in facto deducitur. Nec etiam obstare, quod probatio de visu non percurrat per. 40. annos ante tempus gratie. quia ut alias in eadem decisione fuit dictum, cum di mus in re tam antiqua, quod necesse sit, quod iste visus attingat metam 78. annorum, probatio per famam, ut potest in re antiqua supplet hanc probationem requisitam de visu, cum fama in anti quis etiam ad effectum gravis preiudicij maxime concurren tibus adminiculis, plene probet. Castrad. 2.a de probat. Alex. cons. 57. prope fin. libr. 2. Dec. 113. n.o 8. libr. 3. et hoc

dictum fuit ex abundanti. Coadiuuantur isti testes ab alijs de tempore valde antiquo deponentibus, nec non de publica voce, et fama. Quarto magnum prestant argumentum articuli pro parte Episcopi dati, nec non testes pro ipso examinati. Quinto aliquod adminiculum prestant scripturae, licet informes per Abbatem productae, cum verum vero consonet, et ex pluribus presumptionibus coadiuuentur dicta testium. Rim. cons. 35. n° 6. cum alijs. Et ex his concludum sufficienter probari consuetudinem talem, per quam inductum esset de iure vinculum, ad effectum, ut causae confirmationis subiecta non comprehendantur sub decreto Concilij, ut fuit resolutum;

Consuetudo confirmata non tollitur per decreta Concilij cap. 8. de reformatione sess. 7. Item Decretum in sess. 23. quia cum loquatur de ordinarijs, quarum appellatione comprehenduntur etiam inferiores in materia eis adaptabili, cum talis sit ista consuetudo quae nedum eximat, sed etiam tribuat iurisdictioné.

Quo, casu

Quo casu territorium dicitur effectum propria
dioecesis Abbatis

Consuetudo immemorabilis. Confirmatio
Officium ordinarij

Die. 9. Maij. 1580. Salamantin. Iurisdictionis pro Abbate de Medina contra Episcopum, Dubitatum, an Abbati obstet decretum cap. 8. de reformatione. sess. 7. Item decretum. 10. sess. 23. et quantum ad primum decretum domini dixerunt praesupposita sententia Rotali pro iusta, prout dictum est probationibus tunc visis non obstare. Quia cum loquatur de ordinarijs, quorum appellatione comprehenduntur etiam inferiores in materia eis adaptabili, ut per Gemi. c. ordinarij. nº 1. vers. Nota istam glos. de offic. ordin. in 6. Iran. nº 3. cum alijs adductis die 23. octobris in hac eadem causa, sequitur Abbatem hoc decretum designari, cum consuetudo, de qua fit mentio in bulla, sit talis, que nedum eximat, sed etiam tribuat iurisdictionem. Quo casu territorium dicitur effectum propria dioecesis Abbatis

Io. Calv. in c. nimis. col. 1. in fin. de Iurecurand. Anchar. in cap. postulasti. sub nº. 4. de foro compet. Non obstat, quod non sit ordinarius loci, sed personarum, cum hec Iurisdictio proveniat á consuetudine non confirmata respectu locorum. Quia est talem consuetudo, de qua Papa testatur; alioquin si voluisset Papa tantum modo eximere, non autem intellexisset iurisdictionem ad Abbatem de consuetudine spectasse, ut qui hec loca immediate subiecisset sedi Apostolice, prout in similibus exemptionibus fieri s[illegible]t, quod clare ex usu subsecuto comprobatur. Sim. cons. 118. nº. 2. et 271. nº. 8. Nec non in quatuor casuum exceptione que in non exceptuatis firmat regulam iuribus vulgar... et ideo non sumus in nuda exemptione, sed in consuetudine, que ordinariam tribuit iurisdictionem Abbati. Hostien. in summa, de offic. ordin. nº. 2. Abb. in cap. Cum contingat, nº. 1. de for. competen. Non obstat, quod d. Episcopus velit visitare, tanquam sedis Apostolice delegatus, quia Concilium hoc tribuit ordinarijs tantum. Ipse autem in hoc loco non est talis, sed Abbas. Visitatio enim pendet ab ordinaria iurisdictione. c. pº. in fin.

de censib.

de consil. lib. 6. cum alijs ibi allegatis, et quamuis decretum hoc deroget consuetudinibus, non tamen derogat confirmatis, ut fuit resolutum. Non obstat decretum cap. 9. sess. 24. quia non tollit dispositionem praedicti cap. 8. sess. 7. loquentis de ordinarijs generaliter, quorum appellatione, ut dictum est tam Episcopi, quam inferiores comprehenduntur. Praeterea cum loquatur simpliciter, non est trahendum ad eas Ecclesias, quae habent proprios Praelatos iurisdictionem ordinariam habentes. Non enim est uerisimile Concilium hoc casu subditos duplici onere uisitationis grauare uoluisse. Quantum ad decretum cap. x. sess. 23. Domini dixerunt, si ex consuetudine Abbas dabat litteras dimissorias, dictum decretum ex rationibus supra deductis ei non obstare, cum huius modi consuetudo censeatur confirmata uti consuetudo tribuens iurisdictionem, non autem exemptionem et ideo non obstare cap. Cum nullus, de tempor. ordinat. in 6. Non enim hoc ius ita Episcopo, uel Episcopali dignitati competit exclusiue ad alios, ut non possit consuetudine praescripta induci;

ut tradit Glos. ibidem, in verbo, Indultum. Et ideo cum hic habeamus consuetudinem confirmatam, eam non tollit decretum, ex his, que alias deducta fuerunt, et dicta.

Consuetudo. Confirmatio. Officium Ordinarij.

15. In eadem Salamantin. iurisdictionis. 22. Aprilis. 1580. Coram eodem, Domini; non obstantibus allegatis Steterunt in decisis. nam licet controversa sit opinio, An Stetur assertioni Pape, ubi non inscribit Motu proprio per ea, que allegat Alex. cons. 258. no. 3. Bonifac. in Clemen. litis, no. 26. de probat. Aret. cons. 22. no. 9. Tiraqu. le retrait. § 1. glos. 14. no. 49. et addi. late ad cons. Alex. iii. lib. 7. Tamen in casu isto ei omnino Standum esse censuerunt propter urgentissima adminicula alias deducta, et que nunc bonis rationibus confirmantur per Informantes, ut per Roccen. decis. 89. Mohed. 272. et facit simile confessionis adminiculate Achill. pa.

de confess.

de confess. Nec refert, quod singulis adminiculis aliquid desit ad perfectionem. Nam si essent perfecta, transirent in plenam proba tionem, neque consisterent intra fines adminiculi, et tunc non esset opus disputare. An assertio saepe adminiculata faciat fidem, quod tamen est indubitatum, etiam quod non sit motu proprio, et quod sit in tertij praeiudicium ex allegatis. Non obstat, quod non possit dici immemorabilis consuetudo, cum solum per. 70. an nos paulominus praecedat constructio Ecclesiae. quia immemo rabilem non metimur a tempore, sed ex eo quod non extet memo ria in contrarium; et certe hoc casu aut aderat Ecclesia, aut non ante illa tempora. Si non aderat, non poterat Episcopus visitare, si vero aderat, potest dari immemorabilis. Non obstat, quod ver ba illa, prout hactenus, stent conditionaliter, et non causative, ut per Oldr. dicto cons. nº 3. Dec. 29. nº 8. lib. 1. de pa in respons. 6. lib. 2. quia bene responderet ex distinctione Vital. in tract. Clausularum tit. quando verba enunciativa proferan tur in privilegio, nº 5. Quare cum tot, et tanta concurrant.

placuit Dominis unanimiter persistere in decisis

Per ista verba verior, et maior specificatio dictae consuetudinis mentio fieri possit in literis, et disponat, quod statuta huiusmodi, alias consuetudini si confirmant, apparet clare consuetudinem in universum approbare. Maxime cum detur facultas Abbati utendi Mitra et baculo, et impartiendi solemnem benedictionem in Ecclesiis ei subditis, quod fieri non potest, nisi in Ecclesiis pleno iure quaesitis. Maxime iunctis Clausulis in iurisdictione dictae Abbatiae. Unde cum Epus vigore consuetudinis sit privatus iurisdictione, et huiusmodi iurisdictio per consuetudinem sit applicata Abbati, comprehendi etiam in tali privatione, et applicatione facultatem dandi literas huiusmodi et ordinandi. Ri.

Clausula, verior, et maior Ri. statutum Ecclesiae

Consuet

Consuetudo.

26. Die 3. Iunij 1580. In eadem Coram eodem, Domini distinxerunt du
bium in tres partes. Prima est, an sit confirmata consuetudo res
pectu oppidi Ecclesiarum etiam districtualium illius. Secunda,
An Papa intellexerit iurisdictionem ratione consuetudinis spec
tasse ad Archipresbyterum, et consequenter ad Abbatem. Tertia.
An Abbati competat ius dandi literas dimissorias. Et quantum
ad primum et secundum caput praesupponendo probatam esse
consuetudinem, prout de ea deponunt testes alias dati sub 4.
Martij, et 22. Aprilis proxime. Domini dixerunt cum in
his confirmationibus sicut regulariter in caeteris rebus potissi
mum spectanda sit mens disponentis, ut per Bald. in l. ex
placito, nº. 17. de rer. permutat. Paris. cons. 29. nº. 1. libr.
1º. ex supplicatione apparere Papam non se restrinxisse ad
partem aliquam huius consuetudinis, sed consuetudinem, quae
quecunque illa esset confirmare voluisse, cum in supplicatione
dicitur: Quod verior, et maior specificatio dictae consuetudinis
fieri possit in literis; et disponit; quod Statuta huius modi

alias consuetudini se conformant. Ex quibus verbis clare vid
detur mens Papae consuetudinem in universum approbantis.
Non obstat, quod iam fuerint semel expeditae literae, quia suppli
catio deducitur tantum ad declarandum mentem Papae, quod vo
luerit in genere confirmare quamcunque consuetudinem tunc
vigentem; et sufficit huiusmodi cogitatio generica. Ad Ga
briel. de regul. iur. concl. 4. et ideo cessat fundamentum
quod fit ex adverso super ignorantia Papae ex eo quod non
fuit ei narrata talis consuetudo, cum in genere cogitaverit
de quacunque consuetudine tunc vigente. Confirmatur ex
qualitate Regis supplicantis, cui absoluta confirmatio dene
gata non fuisset, maxime quia iam praesupponeretur con
suetudo introducta ex ista confirmatione petitum; aut nihil tunc
temporis praeiudicabat Episcopo; et hoc etiam innuunt ipsae
literae, dum dicunt; prout hactenus observatum. Nam
ex supplicatione declarantur huiusmodi verba non stare restri
ctive ad narratam consuetudinem, sed potius relative ad consue
tudinem vigentem. Pro qua declaratione adducitur supplicatio

quod

quod fieri potest, ut alias fuit resolutum coram D. Aldobrandino

In una Mediolanen. pensionis. Item etiam ostenditur ex literis

in quibus datur facultas Abbati utendi Mitra, et baculo, et impar

tiendi solennem benedictionem in Ecclesijs subditis d. Abbati.

Ex quibus deprehenditur Papam intellexisse exemptionem

etiam vigere quoad huiusmodi Ecclesias Abbati subditas, ubicunq.

illæ essent. Maxime quia huiusmodi solennem benedictionem

regulariter impartire non possunt Abbates, nisi in Ecclesijs pleno

iure sibi subditis cap. 3. de privileg. in 6. Videtur igitur Pa

pam præsupponere, quod pleno iure sint ei subiectæ, et conse

quenter intellexisse, quod gaudebant privilegio eiusdem

consuetudinis, quo gaudebat Abbatia principalis. Glos. in cap.

cum et plantare §. et in Ecclesijs in verbo, Pleno iure, de pri

vileg. et ibi Butr. nº. 8. Decis. cons. 63. nº. 4. Quod etiam

ostendit supplicatio, dum dicit In Ecclesijs, et locis in iurisdictio

ne dictæ Abbatiæ; Alioquin hæc confirmatio ad augendum con

trarium effectum operata fuisset. Potuisset enim dubitari, ex quo

una tantum pars fuerat confirmata, cum alia diceretur impro

bata Paris cons. 20. n.o 25. lib. 1. Et hoc confirmantur ex

exceptione illa sacrilegiorum quae ut plurimum in Cubiis com

mittuntur. Neque datur ulla ratio, neque ex parte Regis supplicantis

neque ex parte Papae concedentis, cur partem aliquam, et non totam

consuetudinem confirmare voluerit. Nec facit, quod appella

tione oppidanorum non veniunt districtuales. Quia ex supradi

ctis liquet Papae ad oppidanos non se restrinxisse; et ex his

etiam colligitur secunda difficultas. Nam si Papa voluit quamcumque

consuetudinem confirmare, et voluit potius, quod sua confirmatio

regulatur a consuetudine, quam consuetudo a confirmatione, dum

dicit, quod statuta huiusmodi alias dictae consuetudini sic

conformant, et consuetudo tribueret hanc iurisdictionem Abbati,

illa etiam in consequentiam censetur confirmata. Et hoc idem

comprobatur ex ipsis literis. Nam reservantur Episcopo causae

Appellationum. ergo Papa necessario intellexit, quod appel

laretur ab Abbate. Quia si solum fuisset exempta Abbatia, et oppi

dum, et alicui non suppositum, clarum est, quod subiiciebantur Sedi

Apostolicae, c. auctoritate, de privileg. in 6. ergo si non fuissent

suppositi

suppositi Abbati, appellari à Papa ad Episcopum interponeretur, et sic à superiori ad inferiorem contra eius substantiam, c. 9. et 16. Glos. de cons. in 6°. Quantum ad certam difficultatem de literis dimissorijs, quatenus esset probata talis consuetudo, de qua nihil certi Dominus referri potuit, cum non essent penes me depositiones testium. Iuri dictum cum in casibus exceptuatis, inter quos non est iste, Episcopus vigore consuetudinis sit privatus iurisdictione, et huiusmodi iurisdictio per consuetudinem sit applicata Abbati, comprehendi etiam in tali privatione, et applicatione facultatem dandi literas huiusmodi. Quia licet ipsa ordinatio sit de pertinentibus ad ordinem, et legem diocesanam, quatenus tamen ordo applicatur personae, id respicit legem iurisdictionis. Et hinc est, quod Episcopus sibi non subditum ordinare non potest, ut declarat Abb. in cap. dilectus in pri. de offi. ordinar.

Concilium Tridentinum de proprio Parocho in materia Matrimoniali intelligitur non solum denunciante, sed

etiam contrahente, quia immediate sequitur Clausula
contrahentis post Clausulam denunciantis. Et quia Conci
lium expresse dicit, quod alius sacerdos non possit, nisi
de licentia proprij parrochi. Vnde proprius parrochus
non dicitur ruralis casu quod ipsi contrahentes non so
lerent esse rurj, nisi per minorem partem anni; videlicet
per tres, vel quatuor menses.

Parrochus. Matrimonium. Denunciatio
Contractus Matrimonij.

17. In vna Florentina Matrimonij Coram Domino Aldobrandino,
die Veneris 23. octobris 1580. fuit controuersa validitas
Matrimonij contracti inter D. Honoram de Victorijs, et Anto
nium de Vngolinis ciues Florentinos, presupposito eo, quod ex
testibus probatur, et ex infinitis grauissimorum virorum attesta
tionibus huiusmodi contrahentes non solere rurj esse nec per maio
rem partem anni, nec etiam per dimidiam, sed solum per tres, aut
quatuor menses. Domini dixerunt Concilium intelligi de pro

prió Parr

prio Parrocho non solum denuncianti, sed etiam contrahenti, tum quia immediate subsequitur Clausula contrahentis post Clausulam denunciantis, Tum quia non diceret Concilium, quod alius Sacerdos non possit, nisi de licentia parrochi, nisi intelligeretur de proprio. Dixerunt etiam decretum illud proprij annullando ob id formam inducere, et quod de iure proprius Parrochus non dicitur ruralis in cap. praesupposito per c. li qui. de sepult. Card. in Clemen. pa. de privileg. Calli cons. 3. de sepult. Feder. de sen. cons. 234. et alia infinita in informationibus adducta, reiecta illa ratione publicationis Concilij in illo loco existimarunt adducta in contrarium non obesse et satis ex se ex putatis infirmari. An vero forma inducta ab ipso Concilio possit impleri per equipollens, et an ruralis Parrochus equipolleat urbano, reservarunt Domini videre, si pars mariti in illis vim faciat.

Forma data a Concilio Tridentino in modo contrahendi matrimonia, videlicet coram proprio Parrocho non

possit impleri per equipollens, quam per id, quod datur ab eodem decreto. Nam quod requiritur pro forma debet impleri in forma specifica, maxime in materia, de qua agitur.

Matrimonium. Parochus. Decretum.

18. In una Florentina Matrimonij, pª Februarij .1580. Coram Domino Aldobrandino, Dubitatum, an forma data à Concilio in modo contrahendi Matrimonia, videlicet Coram proprio parocho possit impleri per aliud, equipollens, quam per id, quod datur ab eodem decreto. 2m Sciendum est an data quod sit, an ea, que in proposito concurrunt, sint huiusmodi, quod sufficiant. Circa primum credebant Domini non posse impleri per aliud equipollens, quam expressum. Nam regulariter, quando quid requiritur pro forma debet impleri in forma specifica, ad notata in l. pª et in l. Gallus. §. et quid si tantum, ff. de lib. et posthum. et decretum in hac materia valde suspecta, et controuersa, in qua processit an nullando, videlicet ita distincte voluisse loqui, ut non esset opus

aliqua

absurdum, quod sacerdos proprius denunciaret, et cum deuene
rint impedimenta, et alius celebraret matrimonium, qui uerisimi
liter hoc non sciret. Nam ea attentata, sequeretur, quod sicut
ex interpretatione Congregationis est denunciationes posse remitti
per consequens hoc quoque posset. Et hinc constat, quod ratio prae
sentiae Parochi non est ut tollatur clandestinitas: Quoniam si
cut remittuntur denunciationes, quando aliunde factum est noto
rium, ita tolleretur hoc forma praesentiae Parochi, sicut fere nunquam
locus esset annullationi Contractus. Ex quibus die xx. februarij
1580 pronunciatum fuit pro invaliditate Matrimonij

Concilium Tridentinum, sess. 6. cap. 3. dum dicit, quod
quilibet secularis, siue regularis extra Monasterium
degens possit auctoritate Apostolica ab ordinario, tanquam
delegato uisitari, et corrigi, intelligitur, quod possit.
Item per. 8. sess. cap. 7. quod ordinarij locorum tene
antur Ecclesias quascunque auctoritate Apostolica uisi
tare, intelligitur etiam de Ecclesijs simplicibus. Maxime

cum dicat, si qua animarum cura etc. et non obstat sententia Arbitramentali.

Visitatio. Regular. Delegatio. Cura animarum. Officium Ordinarij. Iurisdictio.

19. In Causa Augustan. iurisdictionis 15 Februarij 1589. Dubitatum, an stante Concilio Tridentino liceat Episcopo Augustano visitare beneficia de membris Dispositione Monasterij in sua dioecesi existentia, et Canonicos, et alios Regulares extra Monasterium degentes visitare, delinquentes corrigere, et punire, non obstante sententia Arbitramentali. Et fuit responsum per cap. 3. sess. 6. dum dicit, quod quilibet saecularis, seu Regularis extra Monasterium degens possit ab ordinario tanquam delegato auctoritate Apostolica visitari, et corrigi, quod possit. Item per 8 cap. sess. in qua dicitur, quod Ordinarij locorum tenentur Ecclesias quascunque auctoritate Apostolica visitare. Ecclesias quascunque, ergo et Ecclesias simplices, maxime cum dicat, si qua animarum cura etc. Non obstat, quod generalis dispositio Concilij non tollat

Coram D. Put. lib. 3. decis. 213. Item Put. p. decis.

facult

aliqua supplicatione. Quod patet, nam licet de iure idem esset quod Parochus matrimonium celebraret, cum esset deducendo, vel alias de licentia. Tum ratione iurisdictionis, tum ratione impedimentorum vulgata l. qui per alium facit ff. de reg. iur. in 6. ff. de vi, et vi arma. Tum non conventum decretum ne legis interpretatione, ne aliqua in hoc aliorum suppletione quasi esset expressit illud de licentia excluderet alia equipollentia, maxime cum nulla possit dari, que ita equipolleat in hac materia, sicut hoc ipsum de licentia expressum. Et videtur sustulisse difficultates, que quo lidie orte fuissent in hoc, si agendum erat de equipollentibus, maxime quando forma hic sit requisita ad deducendum actum in esse. Nam forma est proprius Parochus, materia est consensus.

Circa secundum, dato quod possit impleri per equipollens, dico in hoc casu hoc non omnino convenire. Nam quod illud equipollat. Contractus Matrimonii per aliquod tempus presentia patris, uxoris, et multorum: Licet ea que videntur tollere clandestinitatem que fuit finis, ne proprius parochus requireretur secundum ex ductu informantes, vel secundum alios probationem Matrimonii

Nam praesentia Parochi non videtur inducta nec ad tollendum clandestinitatem, neque ad inducendum probationem. Quoniam poterat sine plures testes, requiri et alii, si hoc perstet, non autem se restrin gere ad proprium Parochum. Unde satis est quod requisitum pro forma, et quo magis est voluntarium, eo magis implendum in for ma specifica. Ad notata in d. §. et quid si tantum. Non obstat, quod Parocho, vocati fuerit libellum a patre uxoris, quod poterat Matrimonium sine aliqua suspitione celebrare, quoniam hoc non induceret equipollens, nec tenebatur eo cedere ad finem validitatis matrimonij, si queratur postea quaenam fuerit ratio, quod decre tum requisiverit celebrationem parochi, reiecta ratione clan destinitatis, dicebam eam esse, quod tale sacramentum non debe bat ab alio celebrari, quam a sacerdote, sicut alia sacramenta a sa cerdotibus. Verum quia non poterat ab extraneo ratione iurisdictio nis, ideo a proprio debuit iniri, vel extra territorium ff. de iurisdictione omnium Iudic. Huic rationi non satisfit per aliud equipollens quam subnexum ab eodem decreto, hoc est ab alio sacerdote de li centia. Nec placet ratio adducta ad favorem Dionorae, quod erat

absurdum

facultatem inferiori tributam iuxta ea, quae habentur per glos. in l. 2. in princ. ff. qui satisdar. cogan. et ibi Bar. col. 3. sicut et generalis dispositio non extenditur ad casus deductos sententia, vel transactione, ut tex. in l. causas. C. de transact. cum alijs de quibus ibi per Bar. Quia[?] tamen respondetur, quod cum in illis Capitulis dicatur quod Ordinarius utitur authoritate Apostolica, et tanquam delegatus Apostolicus, quod sic contra Papam sententia illa nihil quod obstat, ita neque contra eius delegationem. Et sic si ordinarius vellet iure ordinario uti, tunc obstare posset, et sententia Arbitramentalis. Sed quia ut delegato a Papa id sibi conceditur, certe sententia Arbitramentalis ei non obstat. Quo tamen dictum, quod dubitaretur, an appellatione Prelati, ut in 3.° cap. dicitur, et appellatione ordinarij intelligeretur de Episcopis tantum, an etiam de alijs Prelatis inferioribus.

Iurisdictio circa dispositionem Concilij Tridentini, ut in precedenti non censetur data Epo. Augustan. cumulative cum Prelato inferiori.

Visitatio. Regula. Iurisdictio. Officium
Iudicis ordinarii

20. Die prima Aprilis 1549. Dubitavi in Causa Augusten. Iurisdictio-
Coram Pur. libr. 3. nis, an verbum Praelati, de quo in cap. 2. 3. 6. sess. intelli-
decis. 239. gatur de Episcopis saltem cumulative ad alios Praelatos inferio-
res, et pro affirmativa videtur, quod saltem cumulative compre-
henderet Episcopos. Quia Iurisdictio censetur cumulative
concessa et ideo praedicta visitatio concessa censetur cumulative
attributa. Bar. ... ponit communem in l. quod in rerum. § si quis
... per verb. ... ff. de legat. 1. Iohan. in cap. Pastoralis
in princ. de offic. ordinar. Sed hoc non obstante fuit reso-
lutum, quod nec etiam censetur cumulative tributa. Nam licet
verbum Praelati comprehendat nedum Episcopos, sed etiam alios
Praelatos inferiores, ut est tex. in cap. Romana. § ab Archidia-
cono, de appell. in 6. et in cap. fi. § nec etiam suffraganeum, de
foro competen. in 6. Tamen quia hic agitur de iurisdictione Prae-
latorum Regularium super Monachos suos, quae iurisdictio
est privativa ad Episcopum, ut per Abb. in cap. Pastoralis,

etiam Sil.

et ibi Felin. col. 4. vers. limita. 7. de offic. ordin: Et ideo cum Prelatus inferior habeat iurisdictionem privative ad Episcopum, non est dicendum, quod Constitutio Conciliaris fuit providere contra exemptos, ut a Prelatis suis corrigi debeant, non autem Prelato iurisdictionem non habente aliquam velle tribuere. Non obstat, quod quando dicitur iurisdictio, censetur data iurisdictio cumulative, allegando tex. in l. quod in verum, §. si quis post. Quia verum est, ubi tractatur de danda iurisdictione. Constitutio autem Conciliaris non tractat de danda iurisdictione, sed tantum de conservanda Prelatis iure. Et ideo in casu isto conclusum fuit, quod Episcopus Augustan. non potest concurrere cum Preposito Montis Iovis in correctione suorum Monachorum.

Confirmatio Apostolica facit, quod in generali pactorum derogatione non censeatur sublata concordia confirmata per sedem Apostolicam. Et Concilium non tollit concordiam confirmatam.

Confirmatio. Pacta. Derogatio.
Concordia.

21. Et ita ut in precedenti summario tenuerunt Domini in una Placen

Achill. unica verbo Confirmatio.

tina iurisdictionis; quod Concilium Tridentinum non derogaret concordijs initis inter Epos, et Capitula confirmatis. Argument. not. in Clemen. Dudum, vers. Nos etenim in nostro Pacta, de sepultur. loquitur, quando per modum legis tolluntur Concordiae. Dubitabilis videbatur doctrina Felin. in cap. non nullis in 1. col. et cap. constitutus in 3.a col. de rescript. Item licet in d.a Glos. inter Clem. loquebatur, ubi est duplex vinculum, tamen idem est, si esset duplex, ut per Alex. in l. fin. ff. ad l. falcid. Crediderunt Domini non valere argumentum, quod tolli sententias nunquam censeatur. l. fin. per Bald. C. senten. rescin. non posse. et Alex. cons. 30. et Tr. vol. po. Ergo confirmationem simplicem, ut per Alex. cons. 26. col. 7. in fin. et sequ. vol. 2. quia hic aderant duo vincula, videlicet pacti, et confirmationis.

Concilium

Concilium Tridentinum loquens in Cathedralibus, et maioribus Ecclesijs visitandis habet locum in Collegiatis ratione extensionis,

Visitatio, Ecclesia Cathedralis, Collegiata Ecclesia,

22. Ita ut in ~~praecedenti~~ praecedenti summario resolutum fuit, In Causa Calagurritana Iuris visitandi Coram Rossanen. 22. octobris allegando in materia extensionis ~~[illegible]~~. in authen. quas actiones in 7. vol. col. in 1.a limitat. C. de sacrosanct. Eccles. et Felin. in cap. cum accessissent. col. 3. et in cap. Cum omnes. 3.a col. de constit.

Index libri

Repertorium Libri.

Appellatio.

Concilium Tridentinum loquens in relatione facienda ab Examinatoribus non potest suspendi per Appellationem, quominus fiat institutio. Secus si agatur de Iure patronatus, et institutione vigore illius facienda, et non relationis. 2.

Attentatum,

Attentata durante Appellatione non sunt revocanda, sed contra, 2.

Clausula Motu proprio.

Verba Concilij Tridentini cap. 21. sessio. 25. et decretum finale eiusdem sessionis, incipit, Illustrissimi Domini censetur derogatum per Clau:

sulam, Non obstan. quibuscumque Clausulis motu proprio, ex certa scientia, et de plenitudine potestatis .1.

Clausula, sine retardatione.

Clausula, sine retardatione solutionis pensionis operatur tantum quoad summam contentam in sententia, quando Commissio appellationis habet relationem ad summam, quae condemnauit tantum ad soluendum iuxta formam concordiae. sed cum voluerit iuxta Concilio Tridentino sessio. 24. cap. 13. probationem illius qualitatis decreti sibi incumbere. 7.

Clausula. Verior, et maior specificatio.

Per ista uerba, Verior, et maior specificatio dictae consuetudinis mentio fieri possit in literis, et disponat, quod statuta huiusmodi aliae consuetudini se conforment, apparet clare consuetudinem in vniuersum approbare

Maximè

Maxime cum detur facultas Abbati utendi Mitra, et baculo, et impartiendi solennem benedictionem in Ecclesijs ei subditis, quod fieri non potest, nisi in Ecclesijs pleno iure quaesitis. Maxime iunctis Ecclesijs in iurisdictione dictae Abbatiae. Unde cum Episcopus vigore consuetudinis sit privatus Iurisdictione, et huiusmodi iurisdictio per consuetudinem sit applicata Abbati, comprehendi etiam in tali privatione et applicatione facultatem dandi licentias huiusmodi et ordinandi etc.

Clericus.

Quando Clericus resignat cum pensione ei solvenda etiam postquam emiserit professionem in una ex Militijs, ei debetur etiam quod non steterit in probatione per annum, cum ipsae Militiae non habeant rigorosam Regulam, cum istae etc. iuxta Regulam ducant uxores. Unde ei non obstat Concilium Tridentinum

de Regular. cap. xv. sess. 25. Decis. 6.

Collegiata Ecclesia.

Concilium Tridentinum loquens in Cathedralibus, et maioribus Ecclesijs visitandis habet locum in Collegiatis ratione extensionis. 22.

Concordia.

Confirmatio Apostolica facit, quod in generali pactorum derogatione non censeatur sublata concordia confirmata per sedem Apostolicam. Et Concilium Tridentinum non tollit concordiam confirmatam. 21.

Confirmatio.

Nunquam censetur tolli actus confirmatus, nisi de consuetudine fiat mentio. Quia in materia derogatoria si plura obstent, de omnibus debet fieri mentio. Et quia materia derogationis est odiosa, et quia duplex vinculum actibus ligat. 12.

Confir

Confirmata consuetudo non tollitur per decreta Concilij c.
8. de reformatione sess. 7. Item decretum 10. sess. 23.
quia cum loquatur de ordinarijs, quorum appellatione com
prehenduntur etiam inferiores in materia est adaptabli
cum tollit ipsa consuetudo, quae nedum eximat, sed
etiam tribuat iurisdictionem. Quo ad contrarium dici
tur effectum propriè licitis Abbatis 14. 15.
Vide verbum Concordia. 21.

Consuetudo

Consuetudinis immemorabilis narratio sufficienter probatur
ex tribus testibus ~~testib~~ testibus deponentibus de visu a
60. annis, et quamvis non percutiant 40. annos an
te litem motam, tamen cum fuit examinatio de an
no. 1518. a tempore examinis usque ad tempus prae
sentia intercedunt. 38. anni, quibus si superadderentur
alij. 40. anni, necesse erit, quod testes deponant de visu
de. 78. annis, et sic quod testes essent ad minus. 88.

annorum, et ideo satis est materia antiqua, quo casu fama probat. g.

Consuetudo immemorabilis facit, ut licet visitatio de iure praesumatur pro Episcopo, tamen in casu consuetudinis talis et confirmatae per privilegium, talis consuetudo pertinet ad Abbatem. v.

Non dicitur derogatum etiam consuetudini confirmatae, etiam stante Concilio Tridentino. v.

Consuetudo immemorabilis probatur per enunciationem Papae in bulla erectionis, per verba: Prout de iure antiqua consuetudine hactenus pacifice observata consuetudine, quae inportat consuetudinem praescriptam; maxime accedentibus multis alijs probationibus, et ideo non comprehenditur sub decreto Concilij. v.

Vide verbum Confirmatio. 14. 15.

Vide verbum, Clausula, venia. vb.

Contractus

Contractus Matrimonij

Concilium Tridentinum de proprio Parocho loquens in materia Matrimoniali intelligitur non solum denunciante sed etiam contrahente, quia immediate sequitur Clausula Contrahentis, post Clausulam denunciantis et quia Concilium expresse dicit, quod alius sacerdos non possit nisi de licentia proprij Parochi. Unde proprius Parochus non dicatur in ea(?) casu quo ipsi contrahentes non steterunt esse ibi per maiorem partem anni, sed per tres, vel quatuor menses. 12

Commissio

Vide verbum Clausula sine retardatione 7.

Commenda.

Vide verbum Clausula Motu proprio 1.

Correctio

Vide verb. Clausula Motu proprio. 1.

Cura animarum.

Vide verbum Clausula, Motu proprio. 1.

Concilium Tridentinum sessio 6. cap. 3. dum dicit, quod quilibet secularis, seu regularis extra Monasterium degens possit auctoritate Apostolica ab Ordinario tanquam delegato visitari, et corrigi intelligitur, quod possit. Item per 8. sessionem, cap. 17. quod Ordinarij locorum teneantur Ecclesias quascunque auctoritate Apostolica visitare, intelligitur etiam de Ecclesijs simplicibus. Maxime cum dicat, si qua animarum cura. n. et non obstat sententia arbitramentalis. 19.

Decimae.

Privilegium de non solvendis decimis, si habet Clausulam quo ad personas, et bona est reale; et tunc etiam com

preh

prehendit res. Non obstat decretum Concilij Tridenti
ni, quia Papa declarat non esse eo locum. 4.

Decretum.

Decreti forma data à Concilio Tridentino in modo contrahendi
Matrimonia, videlicet coram proprio Parocho non potest
impleri per equipollens aliud, quam per id, quod datur
ab eodem Decreto. Nam quod requiritur pro forma de
bet impleri in forma specifica, maximè in materia,
de qua agitur. 18.

Delegatus

Vide verbo Cura animarum. 4.

Denunciatio

Vide verbo Contractus Matrimonij. 107.

Derogatio

Vide verb. Confirmatio. 12.

Vide verb. Concordia. 21.

Dictio omnes.

Statutum Ecclesiae circa correctionem in sua generalitate comprehendit omnem correctionem etiam quae fit in visitatione, cum utatur dictione universali omnes, quae praedicatur de pluribus differentibus numero iuxta Concilium Tridentinum. Ideo Iuramentum per Episcopum praestitum capit utrumque casum. 8.

Ecclesia Cathedralis, et Collegiata

Vide verb. Collegiata. 22.

Episcopus

Dictio verb. Dictio omnes. 8

Examen

Examen ad beneficia.

Vide verb. Appellatio. 2.

Filij presbyterorum.

Clementina de filijs presbiterorum ad beneficia paterna, et Concilium Tridentinum cap. 15. sess. 25. interpretantur, ut non excludant ab huiusmodi beneficio nepotem legitimum natum ex filio illegitimo, quia non est par ratio in uno, quae in alio 3a.

Gratia.

Papae narranti quod sibi fuit supplicatum pro parte N. creditur, quia est narrativa facti proprij, et etiam quod cessetur narrativa facti alieni hic congesti probaret. 4.

Iuramentum.

Vide verb. Dictio omnes. 8

Iurisdictio

Vide verb. Cura animarum. 4.

Iurisdictio circa dispositionem Concilij Tridentini, ut in iurisdenti non censetur ~~datur~~ data Episcopo Augustan. cumulative cum Praelato inferiori. 20

Iuspatronatus.

Vide verb. Appellatio. 2.

lex.

Licet lex, videlicet decretum Concilij Tridentini irritat Matrimonio contracto cum consanguinea; tamen hoc non obstante inducitur vacatio beneficij. Quia in hac materia ius fati inspicitur factum ipsum, non autem facti validitas, et quia Concilium repugnat. 5.

Matrimonium.

Vide verb. lex. 5.

Milites Regulares.

Narrativa.

Nepos.

Officium ordinarij

Pacta.

Vide uerb. Concordia. 21.

Papa.

Vide uerbum Gratia. 9.

Vide uerb. Delegatus. 9.

Parrochus.

Vide uerbum Matrimonium, 17. 18.

Pensio

Vide uerb. Milites regulares. 6.

Priuilegium

Vide uerb. Consuetudo. 10.

Vide uerb. Decime. 4.

Presumptio

Vide uerbum Priuilegium. 10.

419

Probatio

Vide verb. Consuetudo. 9. 13.

Regulares.

Vide verb. Iurisdictio. 19. 20.

Renunciatio

Vide verb. Confirmatio 12.

Resignatio

Vide verb. Milites regulares 6.

Restitutio

Vide Appellatio. Attentatum. 2.

Revocatio sententiae

Sententia iniusta non est revocanda, sed confirmanda, maxime in supremis Tribunalibus, in quibus non solent exequi sententiae, de quarum iniustitia ex actis constat. 11.